6
4-c
33 M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 A
15

6-4-c-33

DE PARTICVLIS LATINAE ORATIONIS LIBELLVS.

Authore Horatio Tvrsellino Romano è Societate Iesv.

Cui Index Græcarum, Latinarum, & Italicarum vocum locupletiſſimus præponitur.

Poſtrema editio ſumma cum diligentia ab infinitis mendis expurgata.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

BIBL. DOM. PROF. ROM.
IHS
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venetiis, Apud Spinedam. 1625.

AVTHOR
LECTORI.

EN tibi Lector, Opuſculum de ratione colligandi, connectendique inter ſe membra, & quaſi artus orationis. parua quidem res in ſpecie, & exilis, ſed ad vſum magna, ac plane neceſſaria. Niſi verò obſcurum eſt, quantum momenti habeant in corpore ad motum, vſumque membrorum molles oſſium commiſſuræ, nerui, cæteraque, quibus artus omnes apti, connexique inter ſeſe continentur. Quippè ſine his coniunctionibus, & quaſi vinculis, non ſe-

cus atque humanum corpus ſine neruis, diſſoluta, minimeque inter ſe apta, & cohærens languet oratio. Itaque non immeritò fortaſſe Caligula ille Cæſar hoc nomine Senecam irriſit, quòd eius ſcripta arenam ſine calce eſſe diceret. Neque verò exilitas, ac tenuitas rerum, quæ in hoc libello tractantur, ab eo abalienare te debet. Quis enim ignorat gemmas quamuis ſpecie exiguas, precio, & æſtimatione ingentes haberi? Nimiràm, & minutis rebus genere eximijs, dignitate pręſtantibus, vſu neceſſarijs ſua laus ſuum decus, ſuum precium eſt. Vt quod elegantiſſimus Poeta apum ſolertiam explicare aggrediens de carmine ſuo verè dixit, id verius fortaſſe de hoc ſtudio ſolerte rcolligandæ orationis dici queat:

In tenui labor: at tenuis nō gloria.

Quamobrem ſi propoſitam ha-

habes veterem eloquentiæ laudem;incumbe in hanc curam,vt partes omnes orationis aptæ inter ſe,nexæque cohæreant;molleſque commiſſuras, tanquam arcus habeant. His enim ſcitè, ſolerterque deſcriptis, tum demum Eloquentiæ ſuccus, ſanguis, color, & quaſi robur accedet.

EGo Claudius Aquauiua Societatis IESV Præpoſitus Generalis, librum hunc P. Horatij Turſellini de Particulis Latinæ Orationis tribus peritis Patribus commiſi videndum, qui omnes cum eum approbauerint, ipſe etiam probo, vt imprimi poſſit, ſi ita placuerit Reuerendiſs. D. Viceſgerenti, ac Reuerendiſs. P. M. Sacri Palatij.

Datum Romæ 30. Octob. 1597.

Claud. Aquauiua.

Imprimatur.
A. Ludouiſius Pro Viceſg.

Imprimatur.
Fr. Io. Baptiſta Lancius Regien. Sacri Palatij Magiſter.

DE VI, ATQVE VSV ELEGANTI CONIVNCTIONVM ORATIONIS,

Præpoſitionum, Aduerbiorum, ac Pronominum.

De Præpoſitione A, vel AB. Caput Primum.

A & AB verbis Actiuis, & Neutris iuncta. A vel AB. Cauſa per quam.

A *Vel AB verbis Actiuis, aut Neutris iuncta interdum ſignificat cauſam, per quam res efficitur. Cic. Adde in certos exitus pugnans, Martemq́ communem, qui ſæpe ſpoliantem, & exultantem euertit, & periculis ab abiecto. Pro Mil. Ideſt per abiectum.* Per mano dell'atterrato. *Id. Nihil enim valentius eſt, à quo intereat. 1. Acad.* Per cui potere periſca. *Ouid. Metam. lib. 13.*

Occidit à forti (ſic Dij voluiſtis) Achille.

 A vel

A vel A B. Cauſa propter quam.

2 *Nonnunquam cauſam deſignari, propter quam res eſt. Cic. Mare, quia nunc collucet à Sole, albeſcit. Acad. 2. ideſt propter Solem. Pli. ſi caput à Sole doleat. lib. 24. cap. 5.*

A vel A B. Locus aut Perſona vnde.

3 *Sæpe locum aut perſonam, vnde aliquid ſumitur. Cic. Pecuniam numerauit ab ærario. Verr. 5.* Del Publico. *Id. Sumptum ſuppeditat a ſocijs.* Di quel de' compagni. *Id. Sinite me, quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id à vobis ei perſoluere. Pro Planc. Id. A me hoc illi dabis. Att. lib. 14. Ideſt, ſumes à me, quod illi des.*

A vel Ab pro P R O.

4 *Alias declarat PRO. Cic. Vide ne hoc totum Scæuola ſit à me. 1. de Orat. ideſt pro me.* Faccia per me. *Id. Vt nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentamq; dementiam, à Senatu, & à bonorum cauſa ſteterit.* habbia tenuto dalla banda del Senato.

A vel A B. pro P O S T.

5 *Nonnunquam idem eſt quod POST. Cic. Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodij. pro Mil. Id. Qui annus ei primus ab honorum perfunctione, omnium conceſſu, aditum ad ſummam autboritatem dabat. 3. de Orat. Id. Cuius à morte hic tertius & trigeſimus eſt annus de Sen. Id. Quos Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, ſepultos dicit Lacedemone. lib. 3. de Nat. Deo.*

A & A B. Nominibus copulata.
A vel Ab. Cauſa vnde res eſt.

6 *A & AB. Nominibus copulata interdum declarãt cauſam efficientem, vnde res eſt Cic. Noſtri illi à Platone, & Ariſtotele moderati homines, & temperati aiunt apud ſapientem valere aliquando gratiam. Pro Mur. Id eſt, ex diſciplina Platonis. Liu. Criminabantur multi cum infeſtiorem agrum à nobilitate eſſe, quam à Volſcis fuerit. li. 6. Ideſt magis infeſtari à nobilitate, quàm à Volſcis.*

A vel Ab. Quod attinet ad.

7 *Sępius ſignificat. Quod attinet ad Cicer. Mediocriter à doctrina inſtructus, anguſtius etiam à natura in Bruto. Ideſt, quod attinet ad doctrinam, & naturam. Id. Niſi qui à Philoſophia, à iure ciuili, ab hiſtoria eſſet inſtructior. Ibid. Id. Sed ille Grętus ab omni laude felicior. Ibid. Id. A propinquis nudus. Poſt red. ad Quir. Id. Ab amicis, & exiſtimatione inops. Att. l. 1. Id. Tum erat ab Oratoribus quędam in foro ſolitudo. In Brut.*

A vel Ab. pro OB. vel PROPTER.

8 *Interdum eſt OB, vel PROPTER. Cic. Vir, & contra audaciam fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus. Pro Roſc. Am. ideſt, propter innocentiam. Idem. Id enim vt ſuauiter delectans ab errore mentis, tanquam ſalutare aliquid aſciſcitur. lib. 1. de Leg. Ideſt ob errorem mentis. Liu. A verecundia, memoriaque meritorum, haud ſecus, quam ducem*

ſuum attollũt. li. 39. Id. Ab recenti memoria perfidiæ, aliquanto minore cum miſericordia auditi ſunt. li. 30. Cur. Vates quoque adhibere cępit à ſuperſtitione animi. lib. 5.

A, vel Ab, Præpoſitus alicui muneri.

9 Alias ſignificat eũ, qui præeſt alicui muneri, vt à ſtudijs, ab epiſtolis, à rationibus Suet. Libertorum præcipuè ſuſpexit Poſidem, & Harpocram, & ſuper hos Polibium à ſtudijs: ſed ante hos Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus. In Claud.

A, vel Ab. ad tempus pręteritum relata.

10 Sæpe ad tempus præteritum refertur. Idque multis modis, A puero, à pueris, à pueritia. Cic. Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui. 4. Acad. Id. Nec vero fieri vllo modo poſſe, vt à pueris tot rerum notiones haberemus, & diſceremus. 2. Tuſc.

Admonitio.

11 Cum de vno ſermo eſt, A puero dicimus, cum de pluribus, A pueris.

Ab ineunte ætate. A prima ætate.

12 Ab ineunte ætate, & à prima ætate, idẽ eſt quod à pueritia. Cic. Sed me meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerũt: pro Leg. Man. Id. A prima ætate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maximè philoſophia delectauit. lib. 1. epiſt. 4.

Ab adoleſcentulo, Ab adoleſcentia.

13 Ab adoleſcentulo, & Ab adoleſcentia, ſiue à prima adoleſcẽtia, idem pene eſt, quod

ab

ab ineunte ætate.Cic.Nam. qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. pro Quin. Id. Tua erga me, & erga philoſophiam voluntas ab adoleſcentia ſuſcepta. 2. de Fin. Id. Refero me ad manſuetiores Muſas, quæ me maximè, ſicut à prima adoleſcentia delectarunt lib. 1. epiſt. 9.

Admonitio.

14 *Ab non ſolum inſequentibus vocalibus adhibetur, ſed etiam alijs litteris, vbi nullus aſperior concurſus exiſtit, maximè verò liquidis, l, & r, vt, Ab legion. ab Rege, itemque ſ, muta, &, i, conſonanti, vt ab Sylla, ab Ioue, interdum etiam d, & n, vt ab duce, ab nobilitate.*

De Aduerbio, Ab hinc.

15 *Ab hinc, & ablatiuo, & accuſatiuo iunctum refertur ad tempus præteritum. Cic. Quæſtor Cn. Papirio Conſuli fuiſti, ab hinc annis quatuordecim. 3. Verr. Id. Etenim ſi Cn. Pompeius ab hinc annos quingentos fuiſſet. Pro Cornel. Bal.* Cinquecento anni fa. *Id. Offendit eum menſem comitialem, comitijs ab hinc 30. diebus habitis 4. Verr. pro ab eo tempore.* trenta giorni prima.

Admonitio.

16 *Cum tempus futurum ſignificatur, non vſurpatur. Ab hinc, ſed Ad, vel Poſt Cic. & ego doleam, ſi ad decem millia annorum gentem aliquam Vrbe noſtra potituram putem. 1. Tuſc.* Di quà a dieci milla anni.

De Præpoſitione Abſque. Cap. II.

1 *Abſque pro Sine, apud Comicos vſitatum eſt: apud Oratores non itē Plau. Si abſque me fores. Perſa. Itaque ſatius eſt dicere, Sine iniuria, quam Abſque iniuria: Sine vlla dubitatione, quam Abſque dubio.*

De Coniunctionibus Ac, & Atque in principijs. Cap. III.

1 *Ac, & Atque in principijs periodorum dignitatem habent hoc differunt, quod Ac ponitur in ſequente quauis liquida, muta, & conſonante prēter c. & q. tum enim pro Ac reponitur Et.*

2 *Atque vſurpatur in ſequente vocali. Cic. Ac primum quanta innocentia debent eſſe Imperatores? pro leg. Man. Id. Ac mihi quidē ſępenumero.* 1. *de* Or. *Id. Atque ego ſic ſtatuo, Iudices, in hac cauſa pro Sext. Id. Atque vt omnes intelligant me, &c. pro leg. Man. Id. Et quoniam authoritas multum in bellis adminiſtrandis valet pro leg. Man. Id. Et cauſam dicit Sextius de vi. pro Sext.*

De

De Præpoſitione A D.
Cap. I V.

Ad pro Vſque Ad.

1 *AD pro, Vſque ad ſepè tempus ſignificat. Cic. Multus ſermo ad multam diem. Att.l.13. Id. Perpotauit ad veſperam. 2. Phil. Id. Sophocles ad ſummam ſenectutem. Tragędias fecit. de Sen.*

2 *Huc pertinent illa: Ad inſaniam, ad ſatietatem, Ad impudentiam, & alia eiuſmodi. Cic. quæ iſte ad inſaniam concupierat. 4. Ver. Id. In loquendo multus, & ineptus: ad ſummam impudentiam. 1 Ag. Liu. Inermes, incautos ad ſatietatem trucidabitis.*

3 *Interdum accommodatur ad ſummam pecuniæ. Cic. Quid ijs ad denarium ſolueretur. pro Quin. id eſt, vſque ad denarium. Id. Aſſident ſubducunt, ad nummum conuenit. Att. lib.* 5. ſino ad vn quattrino.

Ad dimidias, ad tertias.

4 *Interdum refertur ad partes. Plin. Aqua multa in ea decoquitur ad dimidias. l.2.c.3.* ammazzato. *Columella. Muſtum quam dulciſſimum decoquitur ad tertiam, & decoctum defrutum vocatur. li.12. cap.21. Plin. Muſto vſque ad tertiam partem decocto. lib.* 14.*c.*9. Atterzato.

Ad, pro Circiter.

5 *Aliàs eſt Circiter. Cic. Sane frequẽter fui-*

mus

*mus ad ducentos.ad Q. l.2.ep.*1. inſin à ducento. *Idem.Homines ad quindecim Curioni aſſenſerunt,nullum Senatus conſultum facienti. ad Att.*

Ad, vſus.

6 *Aliquando vſum ſignificat.Cic.Ad templum, monumentumq́; pecuniam decreuere. ad Q.Fr.lib.*1.*epiſt.*1.*Id. Ad ſtatuam pecuniam contulerunt.Verr.*5.Per far la ſtatua. *Id. Quo uti ſolet ad feſtos dies, ad hoſpitum aduentum,6.Verr.* Per le feſte.

Ad, pro Apud.

7 *Ad,pro Apud interdum refertur ad locũ. Cic.Ad vrbem cum eſſet,audiuit* 4.*Ver.* Appreſſo à Roma. *Idem. Signa, quæ nobis curaſti,ea ſunt ad Caietam expoſita.Att.lib.*1. *ep.*2.A Caieta.*Id. Pugna naualis ad Tenedum: pro Mur. Id. Habet hortos ad Tiberim: pro Cæl.* Sul Teuere. Vicino al Teuere. *Aliàs ad perſonam. Cic. Ex his quaſi decem fiſcos ad Senatorem illum relictos eſſe.*2.*Verr.* In caſa di quel Senatore. *Id. Cum Cato contra Sergium Galbam ad populum magna contentione dixiſſet. in Brut.* Al popolo. *Nonnunquam ad alias res. Cic. Vt canerent ad tibiam clarorum virorum laudes.*4.*Tuſc. Id. Ad cantus,& ad Tibicines proſequi laudes honoratorum virorum.de Leg.lib.*3.

Ad pro, Quod attinet ad.

8 *Sæpe ad vſurpatur pro [Quod attinet ad.] Cic.Vidi forum,comitiumque adornatum,ad*

ſpe-

ſpeciem magnifico ornatu, ad ſenſum cogitationemq; acerbo, & lugubri.3.Verr. Id.Rem quaeris praclaram iuuentuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum.pro Sex. Id. Hic tibi author ad inſtituendam, ſocius adcomparandam, adiutor ad rem perficiendam fuit.pro Dom. Id. Impiger ad labores, fortis ad pericula, peritus ad vſum, & diſciplinam, prudens ad conſilia, felix ad caſum, fortunamque. Pro Font.

Ad pro Secundum. Conforme.

9 *Ad interdum ponitur pro Secundum.Cic. Nō dicam C.Fabritium, T.Coruncanum ad iſtorum normam fuiſſe ſapiētes: de Amic.Id. Ad arbitrium, & nutum auditorum totū ſe fingit, & accōmodat.In Orat. Id. Omnia ad voluntatem loqui, & nihil ad veritatem.de Amic.*Parlare conforme al volere altrui.

Ad pro Aduerſus.

10 *Alias pro Aduerſus. Cic. Niſi deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem nouum lib.2.ep.16.Id.Tecti eſſe ad alios poſſumus, intimi multa apertiora videant neceſſe eſt. Pro Roſc. Am.Id. Mirari licet, quæ ſint animaduerſa à Medicis herbarum genera, quæ radicum ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera lib.1.de Diu.*

Ad pro Præ.

11 *Eleganter etiam Ad pro Præ in comparatione vſurpatur. Cic.Sed nihil ad Perſium 2. de Orat. Id. Nihil ad Cælium: ſed potius ad anti-*

antiquorum languorem, & inſcitiam de Leg. Teren. Sed nihil ad noſtram hanc. Eun. Non ha che fare. Non vi ha paragone.

Ad pro Poſt.

12 *Alias pro poſt. Cic. Neſcio quid interſit, vtrum nunc veniam, an ad decem annos. Att. lib. 11. Id. Num. Lampſaceni merita in patriam ad annos ſexcentos maiora viderentur, quam noſtra. Att. l. 2. ep. 22.* Di quà ſeicento anni.

Ad diem, & ad dictam diem.

13 *Ad diem ſignificat preſtitutum tempus. Cic. Opinor eſſe in lege, quam ad diem preſcriptiones, venditioneſque fiant, nimirum ad Calendas Iunias. Pro Roſc. Am. Id. Quando illa frumentum, quod debebat, ad diem non dedit. 4. Ver. Id. Tu, Muſis noſtris para, vt operas reddas, noſtra ad diem dictam fient. lib. 16. ep. 12.* Al tempo determinato.

Ad ſummum.

14 *Ad ſummum, vel ad tempus, vel ad numerum refertur. Cic. Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie. Att. l. 12.* alla più lũga. *Id. Quatuor, ad ſummum, quinque ſunt venti, qui &c. Pro Mil.* al più cinque. *Id. Atque vero bis, ter, uè ad ſummum, & eas per breues accepi lib. 2. ep. 1.*

Ad ſummam.

15 *Ad ſummam idem, quod in ſumma.* in ſomma. *Cicer. ad ſummam, vt agam de ſingulis, communem, &c. lib. 1. Off. Id. Ad ſummam:*

mam: dic M. Tulli, aſſentiar Cn. Pompeio, id eſt T. Pomponio? Att. lib. 7.

Ad extremum, ad poſtremum, ad vltimum.

16 *Ad extremum, Ad poſtremum, Ad vltimum pro Denique vſurpantur. Cic. Sed cum iam diu occultè ſuſpiraſſet, poſtea iam gemere, ad extremum verò loqui omnes, & clamare cœperunt. Att. lib. 2. epiſtol. 16. Liu. Ad poſtremum adhortatio capeſſendi belli. lib. 3. Id. Ad vltimum connixus omnibus copijs. Ancus acie vicit. lib. 1.*

Admonitio.

17 *Ad poſtremum, & ad vltimum hiſtoricis ſunt, quàm oratoribus aptiora.*

De Aduerbio Adeo. Cap. V.

Adeo in principio pro Intantum.

1 *Adeo in principio poſitum non rarò ſeruit Ephiphonemati. Cic. Adeo ſumma erat obſeruatio in bello gerendo. li. 1. Off. Liu. Adeo quanto rerum minus, tantò minus cupiditatis erat. lib. 1.*

2 *Sæpe vſurpatur pro, Verò, ſed ſecundo loco. Cic. Id. Adeo ex ipſo S. C. cognoſcite. 6. Ver. Id. Atque adeo hoc mihi cõcedendum eſt magis. Pro Arch. Atque adeo eſt verò, vel Imo verò. Id. Hanc adeo habeo illi gratiam. Att. lib. 9.*

Atque

Atque Adeo in medio.

3 *Atque adeo in medio ſæpe pro imo ponitur, & ſeruit correctioni. Cic. De foro, atque adeo de ciuitate eſſe ſublatum. Pro Cluent. Id. Poſco, atque adeo flagito. Pro Planc. Id. Intra mœnia, atque adeo in Senatu videtis. 3. Catil.* Anzi, ò per dir meglio.

Adeo, vt Adeo non.

4 *Adeo ſæpe cum, Vt, iungitur. Cic. Neminem quidem adeo infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. Pro Flac. Id. Adeo ne hoſpes huius vrbis, adeo ignarus es, vt hæc neſcias? Pro Rab. Perd. reo.*

5 *Interdum cum particula, Non pro Tantum abeſt, vt Cur. Adeo ipſe non violauit, vt ſummam adhibuerit curam, ne quis captiuo corpori illuderet lib. 3.*

De Aduerbio ADHVC. Cap. VI.

1 A*Dhuc ad tempus refertur, tum præſens, tum etiam præteritum. Cic. Eſt adhuc non Verres, ſed P. Mutius. 1. Ver.* Fin qui, ſin'hora. *Id. Adhuc hæc erant. lib. 2. de Diu. in prin. Id. Tamen adhuc non feci. lib. 6. ep. Id. Vnam adhuc à te epiſtolam acceperam. Att. lib. 7. Id. Me adhuc non legiſſe turpe eſt. lib. 7. ep.*

Interdum pro præterea, vſurpatur. Cic. Niſi ſi quid adhuc forte vultis. De Amic. Se già non volete qualche altrà coſa.

De

De Aduerbio ADMODVM. Cap. VII.

1 ADmodum dictum quaſi ad modum. Proinde ſignificat Satis, aut Valde: quia ad modum quod eſt, ſatis eſt. Cic. Erat admodum amplum, & excelſum ſignum cum ſtola. 6. Ver. Id. Philotomi litterę me admodum delectarunt. Att. lib. 8. Id. Pauci admodum familiares de Amic.

Admodum nihil.

2 Admodum nihil, vel Nihil admodum, pro Nihil omninò, aut penè nihil, vſurpari ſolet, quia quod admodum nihil eſt, pro nihilo habetur. Cic. Nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum deſit, Demoſthenem facile dixeris. In Brut. Id. Curio literarum admodum nihil ſciebat. Ibid. Si può dir niente, non ſapea ſtraccio di grammatica.

De Præpoſ. ADVERSVS, vel ADVERSVM. Cap. VIII.

1 ADuerſus, vel Aduerſum ex Ad, & Verſus, idem eſt quod erga: Nec ſolum in malam partem accipitur, ſed ſępe etiã in bonam. Cic. Pietas, & Iuſtitia aduerſus Deos lib. 1. de Nat. Deor. Verſo i Dei. Adhibenda

benda eſt reuerentia quadam aduerſus homines.lib.1.Off.Id. Cenſorem te iam eſſe ſperabam eo breuior eſt hac epiſtola, & vt aduerſum magiſtrum morũ modeſtior.li.3.ep.vlt.
2 *Interdum pro Contra vſurpatur.Cic.Pecunia cõciliare aduerſus leges, aduerſus Remp. 1.Verr. Id.Non contendam aduerſus te,ſi duriorem te prabes.Att.lib.14.Teren.Aduerſus edictum tuum facere eſſe auſam.* Hecyr.

De Aduerbio Ægre. Cap. IX.

1 ÆGrè *aduerbium ab agro ductum ſignificat,Vt agri ſolent.*malamente, malageuolmente, *vnde trita illa,Ægrè ferre,Ægrè pati, Ægrè carere aliqua re.* malamente farne ſenza.*Cic.Tironem agrum Patris reliqui, adoleſcentem probum, nihil vidi melius, itaque careo agrè. Att. lib.7. Id. Vident vnum virum eſſe, in quo ſumma ſint omnia, & eum prope eſſe: quò etiam carent agrius. Pro leg. Man.*
2 *Ægrè interdum eſt difficile:quia agri difficile ſe mouent.Cicer. Nam omnis conglutinatio recens agrè,inueterata facilè diuellitur. de Sen.Id. Nihil agrius factum eſt,multo labore meo, quam vt manus ab illo appellatore abſtinerentur. 6. Verr.* Hebbi da fare che non gli metteſſero le mani adoſſo. *Indidem illa ſunt, Ægrè ſuſtinere impetum alicuius, Ægrè ſe tenere,quin.*

De

De Aduerbio ÆQVE. Cap. X.

1 ADuerbium *Æquè ab Æquo dictum eſt. Interdum abſolutè ponitur. Cic. Quantum præſens me adiuuare potueris & conſolando, & prope æque dolendo. libro 4. epiſtol. 6.* del pari. *Id. Tamen nemo erat, qui cum eſſem libentius, quam tecum, & pauci, quibus cum æquè libenter. lib. 5. ep. 21.* tanto volontieri.

Æquè ac, Æquè atque.

2 *Sæpe, cum Ac, vel ATQVE coniungitur. Cic. Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis æquè, ac tu ipſe gauderes? de Amic. Idem. Sed me colis, & obſeruat, æquè atque illum ipſum patronum ſuum. lib. 13. ep. 43.*

Æquè &, Æquè vt.

3 *Interdum cum ET, vel VT. Cic. Eoſdem labores non eſſe æquè graues Imperatori, & militi. 2. Tuſc. Id. Nam verſus æquè prima, & media, & extrema pars extenditur. In Orat. Id. Poſſum ne igitur in Antonij latrocinio æquè eſſe, vt hi &c. Phil. 2. Id. Itaque libentiſſime prædicabo. Cn. Pompeium ſtudio, & authoritate, æquè vt vnumquemque veſtrum, &c. pro ſalute mea laboraſſe. Pro Dom.* Quanto ogn'vn di voi.

De

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

De Aduerbio A G E. Cap. XI.

Age, Agendum, Age nunc.

1 *AGe, Agendum, Age nunc, ſunt adhortantis etiam plures, & ad alia tranſeuntis. Cic. Age, quoniam corrumpendi iudicij cauſas ille multas, & graues habuit, hic nullam, &c. Pro Cluentio.* Horsù poiche. *Id. Agendum conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllę vobis, populoq; Rom. notiſſimam. Pro Syl. Id. Age nunc illa videamus, Iudices, quę ſtatim conſecuta ſunt. Pro Roſc. Amer.* Hor via vediamo.

Age vero, Ageſis vero, Ageſis nunc.

2 *Age vero, Ageſis, Ageſis nunc, Tranſitioni ſeruiũt. Cic. Age vero, cęteris in rebus quali ſit temperantia conſiderate. Pro leg. Man. Id. Ageſis ergo, quoniam dictum de altero eſt, expone nunc &c. In Part. Id. Ageſis nunc de ratione videamus. 2. Tuſc.* horsù, ſe tu vuoi.

3 *Ageſis interdum diſiungitur. Cic. Age refer nunc animum ſis ad veritatem. Pro Roſc. Amer.*

Age, Age porro, Inſtantis.

4 *Age, Age porro, ſunt interdum inſtantis. Cic. Age, ſi paruerit, hoc ciue vti aut volumus, aut poſſumus? 5. Phil. Idem. Age porro tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti, cur Tauromin itanis frumentum imperaſti? 3. Verr.* Hor via.

Age,

Age, Age age, Age ſane. Concedentia.

5 *Age, Age age, Age ſane, concedentis ſunt. Cic. Age ſit ita factum, cur Romam properabat? Pro Mil.* Su via. *Id. age age, inquit, ſatis enim ſcitè me noſtri ſermonis principem eſſe voluiſti, lib. 5. de Fin.* ſu ſu, via. *Id. age ſane, inquam. 2. de Fin.* ſu via ſon contento.

De Pronomine ALIVS. Cap. XII.

Alius ac, Alius atque, Alius &.

1 *Alius ſæpe iungitur cum Ac, Atque, Et. Cic. Poteſt enim non ſolum aliud mihi, ac tibi; ſed mihi ipſi alias aliud videri. 1. de Orat. alia dicentis, ac ſignificantis diſſimulatio 3. de Orat. Id. Nõ alius eſſem, atque nunc ſum. li. 1. ep. 9.* altro da quel, ch'io ſon hora. *Id. Lux denique alia eſt Solis, & lychnorum. Pro M. Cœlio. Varro. Ignorantes non idem eſſe agriculturam, & paſtionem. Alius enim* Opilio, *& arator. lib. 2. de re Ruſt. initio.*

Alius iteratus eodem caſu.

2 *Alius, alia, aliud, ſæpe iratur eodem caſu. Cic. dolus malus eſt, cũ aliud dicit, aliud ſimulatur. Top.* Si fa vna coſa, & ſi moſtra vn'altra. *Id. Alia legatio dicta erat, alia data eſt. Att. 2. epiſt. 7. Id. Aliud eſt maledicere, aliud accuſare. Pro Cœl. Id. Intelligo te, frater, alias in hiſtoria leges obſeruandas putare, alias in poemate, lib. 1. de leg. Id. Vt aliĳs miſe-*

miſerandus, alijs irridendus eſſe videatur. 1. *de Orat.*

Alius iteratur diuerſo caſu.

3 *Sæpe etiã iteratur diuerſo caſu. Cic. Alius alio grauius de mea ſalute dixit.* Pro Sext. L'vn più grauemente dell'altro. *Id. Hic tum alius ex alia parte.* 3. *Ver.* Chi di quà, chi di là. *Id. Eſt enim admirabilis quædã cõtinuatio, serieſq; rerũ, vt alia ex alia nexa, & oẽs inter ſe apta, colligataq; videantur.* 2. *de Nat. Deo. Id. Habeo Sardos venales, aliũ alio nequiorem. li.* 7. *ep.* 25. Vn peggio dell'altro. *Id. Accepi epiſtolas tuas aliã alia iucundiorem. Att. lib.* 7. *Id. Multa in epiſtolam conieci, aliud alio tpe. lib.* 3. *ad Q. Fr.* quãdo vna coſa, quãdo vn'altra. *Id. Et ſigna alia alio in loco intuebantur Ver.* Chi in vn luogo, chi in vn'altro. *Id. Homines autem hominum cauſa eſſe generatos, vt alij alijs prodeſſe poſſent.* 1. *Off.* Gli vni à gli altri.

Admonitio.

4 Alius tum iteratur, cum de pluribus eſt ſermo; nam cum de duobus tantum, alter iteratur. lege Alter.

Alius aliò.

4 *Interdum* [*alius*] *cum* [*alio*] *aduerbio iungitur.* Cic. *Et cæteri quidẽ alius alio, Marius in Roſtra recta. li.* 3. *Off.* Chi quà, chi là. *Id. Simia, & ſortes ipſas, & cæteraque erant ad ſortẽ parata, diſturbauit, & alia alio diſſipauit. de Diu.* vna coſa in quà, l'altra in là.

Aliud

Aliud ex alio.

5 *Aliud ex alio, eleganter dicitur pro[Vna res poſt aliam.] Cic. Aliud ex alio me quotidie impedit, lib. 9. ep.* Vna coſa dopò l'altra. *Id. Nunquam aliud ex alio peccare deſiſtit. ad Att.*

6 *Interdum ſeriem rerum connexarum ſignificat. Cic. Sed vt aliud ex alio, mihi non eſt dubium, quin &c. Att. lib. 10.* Com'vna coſa tira l'altra.

Aliud alias.

7 *Aliud alias.* hor vna coſa, hor vn'altra. *Cic. Poteſt enim non ſolum aliud mihi, ac tibi: ſed mihi ipſi aliud alias videri. 1. de Ora. Id. Vt vterque noſtrum alias aliud defendat. 2. de Orat. Itaque illi alias aliud de iiſdem rebus iudicãt. 2. de Orat. Id. Vt iidem verſus alias in aliam rem accommodari poſſint. lib. 2. de Diu.* hor ad vn propoſito, hor ad vn'altro.

Aliud niſi. Aliud præter.

8 *Aliud cum [niſi] iungi ſolet à Cicerone. Cic. Quid eſt aliud, Gigantum more, bellare cum Diis, niſi naturæ repugnare? de Sen. Id. Bellum ita ſuſcipiatur, vt nihil aliud, niſi pax quæſita videatur. lib. 1. Off. Id. Neque alia fuit vlla cauſa intermiſſionis litterarum, niſi quod, vbi eſſes, plane neſciebam. lib. 7. epiſt. 13. Id. Rogauit, nunquid aliud ferret, præter arcam? lib. 2. de Orat.*

Admonitio.

6 *Rarius Cum [Quam] iungitur à M. Tullio, Nec quicquam aliud opus eſt, quam abrogari, Att. lib. 3. ep. 15.*

Alias, alias iteratum.

10 *Aliàs interdum iteratur. Cic. Nemo poteſt aliàs beatus eſſe, aliàs miſer lib. 2. de Fin.* Hora beato, hora miſero. vna volta beato, vn'altra miſero. *Id. Ornamentis fere iiſdem vti licebit, aliàs contentius, aliàs remiſſius. 3. de Orat. Id. Aliàs reuocabat, aliàs decernebat. 3. Ver.*

Aliter ac, Aliter Atque, Aliter atque vt, Aliter, quam.

1 *Aliter] plerumque copulatur cum Ac, Atque, Atque vt, Quam Cic. Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo ac ſentio, lib. 16. epiſt. 12.* S'altrimenti ſcriuo di quel ch'io ſento. *Id. Sed aliter, atque oſtenderam facio: lib. 2. ep. 8. Id. Qui aliter caſus ſuos ferunt, atque vt alijs authores ipſi fuerunt. 3. Tuſc. Id. De Antonij itineribus neſcio quid aliter audio, atque vt ad te ſcribebam lib. 16. ad Att. epiſt. 12.* Non sò che diuerſamente di quel ch'io &c. *Ne aliter quam ego velim, meum laudet ingenium. 3. Verr.* Altrimenti di quello ch'io.

Aliter Et. Aliter Vt.

2 *Interdum cum Et, vel Vt coniungitur. Cic. Quod de puero aliter ad te ſcripſit, & ad matrem de filio. Att. lib. 10. epiſt. 9. Id. illud*

qui-

quidem mutari, ſi aliter eſt vt oportet: non video poſſe. Att. lib. 11. *ep.* 23. Altrimenti che biſogna.

Aliter abſolutè.

3 *Non rarò abſolutè ponitur. Cic. Tu ſi aliter exiſtimas: non errabis lib.* 3. *ep.* 7. *Id. Non fuit faciendum aliter. Att. lib.* 6. *epiſt.* 9.

Aliter, aliter iteratum.

4 *Nonnunquam iteratur. Cic. Sed aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias.* 3. *Off. Id. Aliter enim cum Tyranno, aliter cum amico viuitur. Att. lib.* 13.

De Pronominibus Aliquis, & Aliquot. Cap. XIII.

1 *Aliquis* [*& aliquot*] *ab* [*Alio*] *ſunt ducta, ſed* [*Aliquis*] *ad vnam ferme rem, aut perſonam;* [*Aliquot*] *ad numerum refertur. Cic. Expectabam aliquem meorum. Att. lib.* 13. Alcuno. *Id. Aliquot anni ſunt, cum &c. Att. lib.* 9. *Id. Aliquot epiſtolas accepi à te, vno tempore. lib.* 7. *ep.* 18. alquanti anni, alquante epiſtole.

De Aduerb. Alicubi, & Alibi, Alicunde, & Aliunde. Cap. XIV.

1 *Alicubi eſt* [*aliquo in loco*] *Cic. Si ſaluus ſit Pompeius, & conſtiterit ali-*

cubi. Att. lib. 9. Alibi [*alio in loco*] altroue. *Cic. Qua nuſquam ineſſet alibi, veri, & certi nota. 2. Acad.*

2 *Alicunde eſt* [*ab aliquo loco.*] *Cic. Si quando his minamur precipitaturos alicunde; extimeſcunt. 5. de Fin. Ter. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Andr.* Da qualche banda.

3 *Aliunde* [*eſt ab alio loco*] altronde. *Cic. Cum tu ipſe, neque per te ſcires, neque audire aliunde potuiſſes. Pro Lig.*

De Aduerbijs Aliquoties, & Aliquando. Cap. XV.

1 A*liquoties*] *dictum eſt ab* [*Aliquot*] *& ad numerum refertur.* Alquante volte. *Cic. aliquoties litteras ad ſocios de huius iniurijs miſerunt. 4. Ver.*

Aliquando] *ex alius & quando conflatũ, ad tempus accommodatur.* tal volta, qualche volta. *Cic. Liceret enim dicere honeſtatem aliquando cum vtilitate pugnare. 3. Off. Id. Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi, lib. 5. ep. 8.*

Aliquando pro Vnquam, ſeu aliquo tempore.

2 *Interdum ponitur pro* [*unquam*] *Cic. Quis ciuis meliorum partium aliquãdo? Pro Cal.* Vna volta. *Num hac ex vllo audiuiſti aliquando? 1. Acad.* Hai vdito mai. *Id. Et ma-*

maxime ſi aliquando alio domino, ſolita eſt frequentari. 1. *Off. Id. Veritus ſum deeſſe Pompeij ſaluti, cum illo aliquando non defuiſſet mea. lib.6.epiſt.6.* Vna volta.

Aliquando pro Tandem.

3 *Perſæpe [aliquando] pro [tandem] vſurpari ſolet. Cic. Collegi me aliquando, atque ita conſtitui, fortiter eſſe agendum. Pro Cluen. Id. Et aliquando miſeremini ſociorum Iudices.* 3. *Ver.* hormai *Id. Sit diſcordiarum finis aliquando de Aruſ. reſp.* finalmente, vna volta, hormai.

4 *Nec raro [Tandem] adiungitur maioris explicationis gratia. Cic. Tandem aliquando Quirites. L. Catilinam &c. vrbe eiecimus.* 2. *Catil. prin.* Pur vna volta. Al fine. *Id. Spes eſt, & hunc infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. Pro Quinct.*

De Pronomine Alter.
Cap. XVI.

1 A*Lter fere de duobus dicitur, vt Alius] de pluribus. Cic. Quorum alter exercitum prodidit, alter vendidit. Pro Plan.* l'vno lo tradì, l'altro lo vendè. *Cic. Alter ab altero adiutus, in Bruto.*

Dicitur etiam de pluribus duarum partiũ. Cic. Alteri dimicant, alteri victorem timent. lib.6. ep.3.

Alter pro Secundo.

2 *In enumeratione plurium* [*Alter*] *vſurpatur pro* [*ſecundo.*] Cic. *Primo die, tanto teſtium numero citato, alter dies, amicis iſtius, & defenſoribus, &c. tertius dies ſic hominem proſternerel.* 3. *Ver. Id. Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus.* Phi. *Id. Alterum, tertium, quartum, permulta erant eiuſmodi nomina.* 4. *Ver.*

Alterum tantum.

3 *Alterum tantum.* Altre tanto. *Plaut. Etiam ſi alterum tantũ perdundum ſit: Epid. Id. Alterum tantum auri non meream. Bacchid. Liu. Alterum tantum ex latino delectus adijciebatur, lib.* 8. *Id. Militibus ex præda centenos binos aſſes, alterum tantum centurionibus, atque equitibus diuiſit lib.* 10. *Cic. Vt neceſſe ſit partem pedis, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. In orat.*

De Pronominibus Alteruter, & Alternus. Cap. XVII.

1 *Alteruter*, l'vno ò l'altro. *Cic. Si vobis videretur; alteruter ad me veniret. Att. lib.* 8. *Id. Non eſt tuæ dignitatis, atque fidei: vt contra alterutrum, cum vtrique ſis coniunctiſſimus, arma feras. Att. lib.* 9. *Id.*

Si

Si alterutrum neceſſe ſit; audire ea malis, quam videre. lib.ep. Id. Quod ſi in alterutro peccandum ſit: malim timidus, quam parum prudens videri. Pro Marc.

2 *Alternus ab altero dictum eſt. Horat. Alterno terram quatiunt pede. Cat. li.1. Od.4.* hor con l'vno, hor con l'altro piede. *Plin. Grues alternis pedibus inſiſtentes lib.10. c.1.* hor ſu vn pie, hora ſu l'altro. *Cic. Quod epigramma in eum feciſſet, alternis verſibus longiuſculi. Pro Arch. Id. Alterna ciuitates reiectæ ſunt. 4. Ver.* Vna per banda.

Alternis verbis. Alternis verſibus, eſt altero quoque verbo, altero quoque verſu. Liu. Dictatorem auidum penè ventre, alternis penè verbis T. Manlij facta laudantem. lib.8. ad ogni due parole. *Cic. Alternis verſibus intorquentur inter fratres grauiſſimæ contumelia. 4. Tuſc.* Vn verſo per vno.

2 *Alternis diebus, alternis menſibus, alternis annis.* Vn dì sì, l'altro nò, vn meſe sì, l'altro nò, vn'anno sì, l'altro nò.

3 *Alternis, aduerbium hinc fluxit, intelligitur enim vicibus, aut aliquid eiuſmodi. Virg.* Alternis dicetis. *Ecl.3. Id.* Alternis facilis labor. 1. *Georg. Cicero [viciſſim] ſolet dicere.* A vicenda vna volta per vno.

De Aduerbio AMPLIVS. Cap. XVIII.

Amplius pro Plus.

1 *Amplius ſæpe idem eſt quod plus. Cic. Aliquanto amplius amplexus ſum, quam &c. 4. Ver. Id. Facite quod vultis, daturus non ſum amplius. 3. Ver.* Non più.

2 *Accommodatur ad tempus, ac numerum. Cic. Amplius ſunt ſex menſes, pro Roſc. Am. Id. Qui cum amplius centum ciues Romanos haberet ex conuentu Syracuſano. 7. Ver. Id. Amplius quam centum ciues. 4. Ver. Hora amplius in demoliendo ſigno moliebatur. 6. Ver. Id. Laodiceę vigintipondo, paulo amplius. Pro Flac.*

Amplius pro Inſuper, aut Prætereà.

3 *Interdum declarat [Inſuper] aut [Prętereà.] Cic. Cui cum eſſem aſſenſus, decreui hoc amplius, vt &c. Ad Brut. ep. 5. Id. Itaque obtemperare cogito præceptis tuis, hoc amplius, nauicularium habere, &c. lib.... ep.* di più. *Id. Qui vultis amplius? Pro Mil.* Che volete più? *Id. Nihil dico amplius. Pro Plan. Id. at ego dico amplius* H-S. cccc. *accepiſſe te arguo. 4. Ver. Spectant illa etiam hoc amplius.* & queſto di più. *etiam ne amplius?* ancor più?

De Aduerbio AN. Cap. XIX.

An, Anne, & An vero in principio.

1 *AN, Anne, & An vero, in principio, interrogationi ſeruiunt, ac vim habent inſtandi, negandiq́, vehementius. Cic. An me cenſetis P.C. decreturum fuiſſe, vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur? 1. Phil.* Penſate voi forſe? *Id. An poteſt vlla eſſe excuſatio? In Piſ. Id. Anne licebit fœderatis; iſtuc vobis non licebit? Pro Bal. Id. An vero dubitamus, quo modo iſte cæteros homines inferiore loco ſolitus ſit appellare, q &c. 3. Ver. Id. An vero ille ſua per ſe indicta reſcinderet, cum cæteri ſoleant, &c. pro Cluen. Id. An vero tibi Romulus ille aut paſtores conuenas congregaſſe, aut &c. videtur? 1. de Orat.*

Admonitio.

Interrogatio non rectè fit per forſan, forſitan, & fortaſſe, ſed per An, aut An vero, aut aliquid eiuſmodi.

An, & Anne interrogationi ſubiectum.

2 *An ſæpe interrogationi ſubijcitur pro (vt) Cic. Quid putem? contemptum ne me? Non video &c. An in Senatu facile de me detrahi poſſe credidit? qui &c. An decertare mecum voluit? 2. Philip. Id. Poſtulo mihi reſpondeat, qui ſit iſte Verrutius mercator, an arator, an pecuarius. 4. Ver. Id. Cum interrogetur, tria pauca ſint, anne multa? 2. Acad.*

An, & Anne dubitationi ſeruiens.

3 *Interdum dubitationi ſeruit. Cic. Quàm orationem in ſuas origines retulit, paucis ante quam mortuus eſt an diebus, an menſibus, de Sene.* Non sò ſe giorni, ò meſi. *Id. Nos hic te ad menſem Ianuarium expectamus, ex quodam rumore, an ex litteris tuis ad alios miſſis? Att. li. 1. ep. 2. Non internoſcat, vera illa viſa ſint, anne falſa? 2. Acad. Id. Quo mihi indignius videtur, obtrectatum eſſe Sabinio dicam, anne Pompeio? an vtrique? pro leg. Man.* Non sò ſe mi dica. *Huc pertinent illa, Vbi [Virum,] aut aliquid eiuſmodi, aut ponitur in oratione, aut intelligitur. Cic. In quo quæſitum eſt, in toto ne circuitu illo orationis, an in principijs ſolum, an extremis, an in vtraque parte numerus tenendus ſit in Orat. Id. Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an Iudices: frequentes, an pauci, an ſinguli. lib. 3. de Orat.*

Admonitio.

4 *In interrogationibus, & Dubitationibus pro [Aut] An, reponendum eſt, niſi fortè ſententia aliud poſtulet; nimirum quia non interrogatio, aut dubitatio ſpectetur, ſed rerum diſiunctio. Cic. An ille tempus aut in Poetis voluitandis aut in Muſicis contereret, 1. de Fin. Id. An vero tibi Romulus ille, aut paſtores conuenas congregaſſe, aut Sabinorum connubia coniunxiſſe an finitimorum vim repreſſiſſe eloquentia videtur? 1. de Orat.*

De

De Præpoſitione, & Aduerbio ANTE. Cap. XX.

1 *ANte Præpoſitio eſt quoties caſum regit. Ac ſæpè ad locum, perſonam, tempus accommodatur.* Cic. *Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias collocauit. Pro Mil. Id. Ante hoſce deos erant tabulę. 6. Ver. Id. Cauſam interea ante eum diem diceret. 2. Ver. Item illa, Ante vrbem conditam, & alia eiuſmodi. Interdum perſona addita deſignat etiam tempus. Cic. Minutius mortuus eſt ante iſtum Pretorem. 3. Ver.* Prima che coſtui foſſe Pretore. *Id. Omnes ante eum Philoſophi. Acad. 1.* Tutt'i Filoſofi, che furono auanti lui.

Ante aduerbium eſt, cum nullum caſum regit, cui opponitur [poſt.] Cic. Vt qui Philoſophi eſſe volunt, aſoti ante fiant. 2. de Fin. Id. & paucis ante diebus, cum poſſet è custodia educi, noluit. 1. Tuſc.

Admonitio.

2 *Cum dicimus, Paucis ante diebus, annis menſibus, ſextus ille caſus non ab [Ante] regitur, ſed eſt ablatiuus temporis: Perinde ac ſi diceretur, paucis diebus, vel menſibus, vel annis ante.*

De Aduerbio Antequam.
Cap. XXI.

1 ANtequam] alias cum coniunctiuo, alias cum Indicatiuo modo copulatur. Cic. *Antequam de Rep. P.C. dicam ea, quæ &c. 1. phil. Id. Antequam de Sicilia incommodis dico. 4. Ver.*

2 *Interdum [Antequam] pluribus verbis interiectis diſtrahitur. Cic. Quæ cauſa ante mortua eſt, quam tu natus eſſes. Pro Rab. Perd. reo.*

De Aduerb. Antea, & Antehac.
Cap. XXII.

1 *ANtea dictum quaſi ante ea, cui] poſtea opponitur. Cic. Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea etiam dixit in Senatu. lib. 1. ep. 9.*

2 *Antehac eſt ante hoc tempus, cui contrarium eſt [poſthac] & [nunc] Cic. Atque antehac quidem ſperare ſaltem licebat, nunc etiã illud ereptum eſt. lib. 12. epiſt. 23.*

De Coniunctionibus AST, & AT.
Cap. XXIII.

1 *ASt pro [Sed] rarum eſt apud Oratores, non tamen inuſitatum. Cic. Crebras à no-*

à nobis litteras expecta: aſt plures etiam mittito. Att, lib. 1. ep. 11.

2 *At, multiplices & egregios vſus habet. Ferme enim aduerſatur. Cic. Miſi qui hoc diceret pro familiaritate. At ille vobis audientibus, &c. 1. Phil. Id. At ego non nego, teque in iſto ipſo conuinco. &c. 2. Phil. Dixerat enim ſe negare poſſe.* Ma io.

At. in principijs continuat orationem.

3 *At. in principijs ſapè continuat orationem. Cic. At videte hominis audaciam. Pro Do. Id. At quemadmodum ſe induit priori actione? 3. Ver. Id. At quæ eſt iſta tertia Decuria? 5. Phil. At quemadmodum venerunt? 4. Ver.* Ma come.

At. in princ. ſeruit Anteoccupationi.

4 *Alias ſeruit Anteoccupationi. Cic. At ego ſuaſi, ſcilicet is animus erat Milonis, vt ſine ſuaſore prodeſſe Reip. non poſſet. 2. Phi. Id. At lætatus ſum? Quid ergo? in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me vnum triſtem eſſe oportebat? Ibi. Id. At mores commodi quis contumacior? at hæc ſine cuiuſquam malo. quis acerbior? 4. Ver. in extr.*

At execrantis.

5 *Non raro execrantis. Ter. At te Dij, Deaque perduint. Vir. 2. Æn.*

At tibi pro ſcelere (exclamat) pro talibus auſis.
Dij, ſi qua eſt cœlo pietas.

AT. in medio ſeruit ſubiectioni.

6. At

6 *At in medio ſæpè ſeruit ſubiectioni*. *Cic. Quid ita ? ne vitioſum fieret opus ? at erat probatio tua: ne parum locuples eſſet ? at erat; & eſſet amplius, ſi velles*. 3. *Ver*. *Id*. *Domus tibi deerat ? at habebas; pecunia ſuperabat ? at egebas : Orat*.

At ſeruit Amplificationi.

7 *Nonnunquã Amplificationi*. *Cic*. *Itaque ante vertit, at quo dico? Pro Mil*. *Id*. *Vna oppugnat mater; at quæ mater? Pro Cluent*. Et che madre ? *Habuiſſes enim non hoſpitem & contubernalem, at quem virum? lib. 9. ep*. Et che huomo ?

At, in exclamatione, & imploratione.

8 *Alias exclamationi*, & *Implorationi*. *Cic*. *At, per Deos immortales, quid eſt, quod de hoc homine dici poſſit? in Ver*.

At. pro ſaltem.

9 *Interdum vſurpatur pro* [*Saltem*.] *Cic*. *Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet*. *Pro Flac*. *Id*. *Si mihi republica bona frui non licebit, at carebo mala*. *Pro Mil*. *Id*. *Eſſes omnia ſi minus re, at verbis conſecutus*. *Pro Do*. Sè non in fatti, almeno &c.

De A T vero, & A T enim.
Cap. XXIV.

1 A*T vero plerunque aduerſatur*, & *vſurpatur initio ambitus*. *Cic*. *At vero*

vero aut honoribus aucti, aut re familiari, 1. de Nat. Deo. Id. At vero hac tua iuſtitia floreſcet in dies magis. Pro Marc.

2 *AT enim in Ante occupationibus frequẽs eſt. Cic. At enim te in diſciplinam meam tradideras na, tu ſi id feciſſes, &c. 2. Phil.* Ma mi dirai, che &c. *Id. At enim vir clariſſimus, Reip. & veſtris beneficijs ampliſſimis affectus, Q. Catulus, itemque &c. diſſentiunt, Pro leg. Man.* Si potrà dire che &c. *Id. At enim nihil noui fiat contra exempla, atque instituta maiorum Ibi.* Ma dirà alcuno che non ſi faccia &c.

De Attamen, & At etiam. Cap. XXV.

1 A*Ttamen* [οὐ μὴν ἀλλὰ, *idem ferè quòd*] *Tamen. Cic. Sed quanquam negent nec virtutes, nec vitia creſcere: attamen vtrũque eorum fundi quodammodo, & quaſi dilatari putant. 3. de Fin. Id, attamen vt poſſit ſe dicere emiſſe 6. Ver.* Ma pure.

1 *AT etiam.*] εἶτα *indignationi ſeruit, & irriſioni rerum diſſentanearum. Cic. at etiam de ſanctitate, de pietate, aduerſus Deos ſcripſit Epicurus. 2. de Fin. Id. at etiam inſcribi iuſſit in Faſtis. Ib.* Queſto ci mancaua.

De

De Coniunctione Atqui. Cap. XXVI.

1 *Atqui χεῖται ſapè continuat orationem non ſecus quàm [atque] vel [atque etiam] ſed vi quadam maiore . Cic. atqui , ſi tempus eſt vllum iure hominis necandi, quæ multa ſunt, certè illud eſt, pro Mil.* Anzidico. Et io dico . *Atqui erat id temporis Clariſſimus , & fortiſſimus Conſul inimicus Clodio. Ibid.* & ſapete.

Atqui pro At vero.

2 *Nonnunquam aduerſatur , ſimiliter vt [at vero] Cic. atqui, ego à primo capite legis uſque ad extremum reperio Quirites, &c. 2. Agrar.* Ma ſi. Ma cappari.

Atqui pro, & tamen.

3 *Interdum declarat [& tamen] Cic. Atqui in his rebus multa videmus ita ſancita eſſe legibus, vt &c. 3. Ver. Id. Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sextius . Pro Sext.* Et pure. χεῖται.

De Coniunctione AVTEM. Δè. Cap. XXVII.

1 *Coniunctio AVTEM, ſæpè quidem idem eſt, quòd [ſed,] verum plerunque*

que continuat orationem, nec tam ſignificat. Sed, quam Et. Nihil opus eſt exemplis, quæ paſſim occurrũt: ſatis eſt monuiſſe.

Autem. cùm interrogatione.

2 *Verum, cum interrogatio ſubijcitur, ſeruit correctioni. Cic. Num quis teſtis poſthumum appellauit? teſtis autem? Pro Rab. Poſt.* Che dico teſtimonio? *Id. Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferẽdus autem? immo verò etiam adiuuandus. Att. Id. Curare quid in Repub. fiat, fiat autem? immo vero quid etiam futurum ſit. Att.* Quel che ſi faccia eh?

De Aduer. BENE, & BELLE. Cap. XXVIII.

1 BEne *præter vulgarem vſum, ſępe auget, & pro [Valde] ponitur. Cic. Bene mane dedi litteras. Att. lib. 4.* La mattina à buon'hora. La mattina aſſai per tempo. *Id. Bene ante lucem. 2. de Orat.* Molto auan ti giorno. *Id. Quos aut imberbes, aut bene barbatos videtis. 2. Cat. Id.* Aſſai bene barbati. *Adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. 2. Agr.*

2 *Item illa apud Ciceronem, alios vę bonos authores. Bene doctus, bene peritus, bene iratus; Oratio bene longa, bene magna caterua; ſermo bene longus, bene longinquus* dolor.

dolor. Rurſus Bene maturum, bene firmum, & alia eiuſmodi.

2 *Belle, à [Bene] imminutum eſt, vt ſit [Satis benè.] Verum ſæpè magis accedit ad [venuſtè] atque [concinnè] quam ad [Bene.] Cic. Bene, & præclarè quamuis nobis ſæpè dicatur: belle & feſtiue, nimium ſæpè nolo. 2. de Orat. Id. Aqua non longè à villa belle ſanè fluens. ad Q. Fr. lib. 3. Id. Hermathena tua poſita ita belle eſt, vt &c. Att. lib. 2.* leggiadramente.

3 *Non raro tamen pro [commode] vſurpatur, quia [commode] eſt [ſatis bene.] Cic. Belle nobis flauit auſter. Att. 7. Id. Ergo hæc quomodo feres? belle hercule; & in eo me valde amo. Att. lib. 4. Id. Hæc non tam admirabilia ſunt, quam coniecta belle. lib. 2. de Diu. Id. Mihi quidem Antiochum, quem audis, ſatis belle videris attendere. lib. 5. de Fin.* Honeſtamente bene. *Item illa ſatis trita. Belle cecidit, belle habere. minus belle habere. Rurſus illa [belle facere. belle negare. belliſſime ſcribere. belliſſime nauigare.*

De Aduerbio BREVI.
Cap. XXIX.

1 Breui *aduerbium ex eo factum videtur, quod intelligitur Tempore, aut oratione. Duplex inde eius ſignificatio, vſuſque manauit. Interdum enim Breui tempo-*

re,

re, declarat. Cic. Cum maiores breui habiturus ſit. Att. lib. 8. In breue. *Plau. Eum breui fieri diuitem. Rudem. Liu. Deinde breui effecit lib.* 22.

Sapè vero pro [*breuiter*] *ac* [*paucis*] *vſurpatur. Cic. Nunc complectar, quod propoſui, breui* 1. *de Orat.* In poche parole. *Id. Breui expediam. De Sen. Item illa, explicabo breui, Breui reſpondebo, Dicam breui, Breui ſic habeto.*

De Aduerb. CÆTERVM, & CÆTEROQVI. Cap. XXX.

1 C*Æterum aduerbium, propriè eſt*] *de cætero; de reliquo.* Del reſto quanto al reſto. *Cic. Ego me in Cumano, & in Pompeiano, præterquam quod ſine te cæterum ſatis commodè me oblectabam. Ad Q. lib.* 2. *epiſt.* 15.

2 *Vſurpatur ab hiſtoricis paſſim pro* [*Sed*] *Interdum etiam ab Oratoribus.*

3 *Cætera pro* [*cæterum*] *non Poeticum ſolum ſed etiam hiſtoricum eſt. Horat. Excepto, quod non ſimul eſſes, cætera lætus lib.* 1. *epiſt.* 10. *Virg. Cætera parce puer bello. lib.* 9. *Æn. Liu. Ergo virum cætera egregium ſecuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio eſt. lib.* 1. *Id. Miſſile telum haſtili oblongo, cætera tereti, lib.* 21.

Admonitio.

Orator pro [cætera] cæterum dicit, aut cæteroqui.

CÆTEROQVI.

4 *Cæteroqui, aut cæteroquin, eamdem originem, ac vim habet. Cic. Ego cæteroqui æquo animo fero lib. 9. ep.* Del reſto.

5 *Interdum pro [alioquin] poni videtur. Cic. de Simonide. Non enim Poeta ſolum ſuauis, verum etiam cæteroqui doctus, ſapiensq; traditur. lib. 1. de Nat. Deor. Id. O loca cæteroquin valde expetenda: interpellantium autem multitudine penè fugienda. Att. lib. 14. ep. 16.* Per altro deſiderabili. *Id. Quem niſi quod ſolum, cæteroquin quidem rectè vocant Atticum, in Orat.* Altrimente bene.

De Aduerbio Cedo. Cap. XXXI.

Cedo pro Da.

3 *CEdo] ſæpè declarat [Da.] Plaut. Cedo mihi pateram. Amph. Id. Cedo manum. Capt.* Dà quà la mano. *Id. Cedo aquā manibus. Moſtel.* Dà l'acqua alle mani. *Cic. Cedo tabulas. 6. Ver. Id. Cedo mihi ipſius Verris teſtimonium, recita. 3. Ver.* Dà quà.

Cedo, pro Dic.

2 *Alias vſurpatur pro Dic. Ter. Quid factum eſt? Cedo. Eun.* Di sù. *Cic. Cedo tandē [illegible]*

ordo,

ordo, aut quæ concurſatio ſomniorum. lib. 2. de Diu. Id. Vnum cedo authorem tui facti. 7. Ver. Id. Cedo vnum ex triennio Præturæ, quæ, &c. 5. Ver. Dinne vno.

De Aduerbio CERTE. Cap. XXXII.

1 *CErte] propriè eſt ſine dubio] Plau. Certè is eſt. Trinum. Cic. Si me tanti facis, quanti certè facis. lib. 2. epiſt.* Per certo.

Certè concedentis.

2 *Interdum cōceſſioni ſeruit. Cic. At dignitatē docere nō habet, certè ſi quaſi in ludo. In Orat.* Vero è, ſe à modo della ſcuola. *Id. Naturales diuitias dixit parabiles eſſe, quod paruo eſſet natura contenta, certè, niſi voluptatem tanti æſtimaretis. 2. de Fin.* Sì bene.

Certè pro ſaltem.

3 *Quoties antecedit] fortaſſe, Si non aut aliud quippiam, quod dubitationem cōtineat [certè] pro [ſaltem] ponitur eleganter, nimirum: quia id, quod ſubijcitur, tamquam dubio certum opponitur. Cic. Res enim fortaſſe vera, certè graues. 4. de Fin.* O almeno graui. *Id. Victi ſumus igitur, aut ſi vinci dignitas non poteſt, certè fracti, atque abiecti. lib. ep. Id. Hic inſperatum omnibus conſilium, incognitum certè cepit. 4. Phil. Id. Homines mortem optare incipiant, vel certè timore deſinant. 1. Tuſc. Id. Totum genus*

hoc & Zeno: & ab eo qui ſunt, aut non potuerunt, aut noluerunt; certè reliquerunt lib. 4. de Fin.

Certè quidem, & quidem certè.

4 *Quidem certè, & certè quidem, certi aliquid deſignant. Sed [certè quidem] in principio ponitur [Quidem certè] ſubijcitur. Cic. Vbi eſt animus? certè quidē in te eſt. 1. Tuſc.* Egli è pure in te. *Id. Quam ſapienter certè diſputo: conſtanter, & fortiter quidem certè. De Prou. Conſ.* Se non altro, almeno con fortezza.

De Aduerbio CITIVS. Cap. XXXIII.

Citius, pro Potius.

1 C*Itius, vt à vulgata ſignificatione diſcedamus, interdum vſurpatur pro [potius.] Cic. Citius dixerim iactaſſe ſe aliquis, vt &c. quam &c. Phil.* Più preſto, più toſto. *Id. Eam citius veteratoriam, quam oratoriam dixeris. In Brut.*

Citius pro Prius.

2 *Aliàs pro prius. Cic. Vox me citius defecerit, quàm nomina. Ver. Id. Citiusq; amore tui fratrem tuum odiſſe deſinam, quàm illius odio quicquam de beneuolentia noſtra detrahatur. lib. 5. ep. 6.*

De Præpoſitione Circa, & Circiter. Cap. XXXIV.

1 *Præpoſitio [Circa] idem eſt quod [circum] & ad locum, aut perſonam ferme refertur. Cic. cum Rullus Capuam, & urbes circa Capuam occuparit. 2. Agr.* Intorno à Capua. *Id. Multa ſibi opus eſſe, multa carnibus ſuis, quos circa ſe haberet. 3. Verr.* Attorno.

2 *Circiter idem penè ſignificat, ſed ad tempus, aut numerum accommodatur. Plaut. Redito huc circiter meridiem Moſt. Cic. Nos circiter Kalendas, aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Att. lib. 2. Caſ. Ita dies circiter vigintiquinque, iter fecerũt. lib. 1. de bell. Gal. Liu. Cum decem circiter millia paſſuum ab hoſte abeſſent. lib. 28.* Intorno, in circa.

Admonitio.

3 *Ergo quoties tempus, aut numerus ſignificatur [circiter] non [circa] ab elegantibus ſcriptoribus dici ſolet.*

De Præpoſitione Citra. Cap. XXXV.

1 *Citra] Præpoſitio contrarium habet [Vltra] Caſ. Qui ſunt citra Rhenum. lib. 6.*

lib.6. de Bel.Gal. Di quà dal Rheno. *Cic. Is locus eſt citra Leucadem ſtadia cxx. lib. 26. ep.4. Id. Vt exercitum citra flumen Rubiconem educeret.6.Phil.* Dentro a' termini del fiume Rubicone.

Citra pro intra, vel Sine.

2 *Citra per tranſlationem declarat interdum* [*Intra*] *vel* [*Sine*] *Columel.Citra ſatietatem detaglans. lib.7.c.6.ideſt intra ſatietatem, ita ut ne ſatientur. Celſ. Exercitationis plerumque finis debet eſſe ſudor, aut certè laſſitudo, quæ citra fatigationem ſit. lib. 1. cap.2.* Dentro a' termini della ſtanchezza. *Pli. Citra faſtidium nominare. lib.3. ideſt ſine faſtidio. Id. Citra perniciem. lib.11. Id. Citra inuidiam. lib.7.*

De Aduerbio Commodum.

Cap. XXXVI.

1 C*Ommodum*] *aduerbium pro* [*commode*] *ſiue* [*opportune*] *uſurpari ſolet. Plau. Si iſthoc ibis commodum obuiam uenies Patri. Merc.* A tempo, à propoſito.

Commodum cum.

2 *Sepè aſſumit* [*Cum*] *Cic. Commodum ad te miſeram Demeam, cum Eros ad me uenit. Attic.lib.13.* à punto quando. *Id. Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionyſius fuit.*

Att.

Att. lib.10. Id. Commodum diſceßeras heri, cum Trebatius ad me venit: Att. lib.13.

De Aduerb. CONTINVO, & CONTINENTER. Cap. XXXVII.

1 CONtinuo idem eſt quod [*Statim*] incontinente. *Cic. Ignis in aquam conte*ctus *continuo extinguitur. Pro Quinct. Teren. Continuo hic adero. Heaut. Id. Hos prius introducam, &c. poſt ea continuo exeo. Eun.* ſubito. *Cic. Deinde abſens factus Ædilis, continuo Prator, poſt &c. Acad.* 1.

Non continuo, pro Non ideo.

2 *Sapè* [*Non continuo*] *vſurpatur pro* [*non ideo;*] *Cic. Non continuo ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. Pro Roſc. Am. Id. At ſi illa ſeditiones ſaluti huic Ciuitati fuiſſent: non continuo, ſi quis motus populi factus eſſet, id &c.* 2. *de Orat.* Non perciò. Non però.

1 *Continenter, eſt* [*ſine intermiſſione.*] *Cic. Quomodo enim probas continenter, imagines fieri?* 1. *De Nat. Deo.* Continuamente. *eſt Cum hoc eſſet modo pugnatum continenter horas quinque. lib.1. de bel. ciu. Id. Belga cum Germanis continenter bellum gerunt. lib.* 1. *de bel. Gal. id eſt, aſſiduè.*

Admonitio.

2 *Continuo*] *aduerbium pro* [*aſſidue*] *barbarum eſt.*

De Aduerbio CONTRA. Cap. XXXVIII.

1 C*Ontra aduerbium ſæpe eſt, quia ſine caſu ponitur. Cic. Vtrumque contra accidit, ib.* 13. *ep.* 18. Tutt'il contrario.

Contra pro Econtra, vt multi loquuntur.

2 *Contra ſæpe vſurpatur pro è contra. Cic. Vt hi miſeri, ſic contra illi beati.* 5. *Tuſc.* Per il contrario: all'incontro. *Id. Peccaſſe enim ſe non anguntur: obiurgari moleſte ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, obiurgatione gaudere. de Amic. Id. Vt alia probabiles videantur, alia contra.* 2. *Acad.* Altre al contrario.

Contra ac, Contra atque, Contra quam.

3 *Contra iungitur cum Ac, Atque, Quam. Cic. Si denique aliquid, quod non contra ac liceret factum diceretur, ſed contra atque oporteret. Pro Cluent.* Al contrario di quel che biſognaua. *Id. De veſtra [illegible], ac religione contra quam propoſueram, diſputabo. Pro Cluen.* Cõtra à quel che m'ero propoſto.

De

De Coniunctione CVM. Cap. XXXIX.

Cum iunctum tempori.

1 *CVm ſape tempori adhibetur. Cic. Scis profecto fuiſſe quoddam tempus, cum homines exiſtimarent, lib. 13. ep. 3.* Tempo che. *Id. Multi enim anni ſunt, cum ille in aere meo eſt lib. 15. c. 14. Id. Dies non dum decem interceſſerunt, cum ille alter filius necatur, pro Cluen. Idem. Vtinam diem illum videam, cum tibi gratias agam, lib. 3. ep. 3. Id. Nunquam obliuiſcar noctis illius, cum tibi vigilanti pollicebar. Pro Plane.*

Cum pro Etſi.

3 *Interdum [tum] deſignat [Etſi] Cic. Cui cum Cato, & Caninius interceſſiſſent: tamen eſt perſcripta lib. 1 ep. 2.* Con tutto che. *Id. Dum plus etiam contenderimus, quam poſſumus: minus tamen faciemus; quam debemus. lib. 1. epiſt. 8.* Poſto che. Quando che.

Cum & tum, Tum vero, Tum etiam.

3 *Cum] & [tum] ferè vſurpantur, cum duo inter ſe ita comparantur: vt poſterius priori anteponatur; ſignificant autem idem, quod [Non ſolum] ſed etiam] Cic. Cum cæteris, et quidem videor, tum mihi ipſe deſplicec, lib. 4. epiſt. 13.* Si à gli altri, come. *Attamen poſt [tum] ponitur interdum [Vero] alia [Etiā.]*

Cic. Quæ cum abhorrent à literis, & ab humanitate, tùm vero contraria ſunt imperio, & dignitati. ad Q. F. lib. 1. oltre che,&c. Sì ancora. *Id. Vt ego perſpicio cum mea conie̅ctura, tum etiam tua. lib. 3. epiſt.* 13. Tanto per conto tuo, quãto ancora per mio. *Id. Halienus autem noſter cum animos, & beneuolentia, tum vero etiam imitatione viuendi. Ad Q. Fr. lib. 1. ep.* 1.

Cum, tum maxime, tum præcipue, tum in primis, tum vel maxime.

4 *Vt vehementius id quod ſecundò loco ponitur, affirmetur: poſt Tum, adhibetur [maxime] aut [præcipue] aut [in primis] aut [vel maxime] Cic. Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum maximè ſenectuti fœdiſſima eſt.* 1. *Offic.* Se bene ad ogni età ſtà male, pur più che ad ogni altra ſtà maliſſimo. *Id. Solicitum eſſe tecum de tuis communibus fortunis, tum maxime, ac dolore meo ſentio lib.* 11. *ep.* 6. *Id. Seruos cum omnibus in locis, tum præcipue in prouincijs regere debemus. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Id. Lentulum noſtrum cum cæteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. lib. 1. epiſt. 8. ad Q. Fr. lib. 1. ep.* 1. Nell'altre arti ancora, ma particolarmente. *Id. Hac ego cum Reip. cauſa cenſui, tum in primis retinendæ dignitatis tuæ. li.* 12. *ep.* 22. *Id. Cum alia multa certi homines, cum hoc vel maxime moliuntur. Pro Flac.*

Cum

Cum tum, Tum.

5 *Interdum quia plura inter ſe comparantur, [tum] iteratur. Sed quod cæteris anteferτur, poſtremo loco collocatur. Cic. Veliq; per te hoc muneris tum ipſis amicis hominibus, tũ municipio Caleno &c. tum Lepta, quem omnibus antepono. lib. 9. epiſt. 13.*

Cum, & tum diuerſis verbis eiuſdem, alias & diuerſi modi copulata.

6 *Cum, & tum diuerſis ſæpe verbis eiuſdem modi copulantur. Cic. Cum tua & mea valde intereſt te valere, tum multis eſt curæ lib. 16. ep. 6. Id. Cum gratulor, tum vero quibus verbis tibi gratias agam, non reperio. lib. 2. epiſt. 8.*

7 *Interdum modus variatur. Cic. Sic enim ſentio, ius legatorum cum hominum præſidio munitum ſit, tum etiam diuino iure eſſe vallatum. de Ar. reſp. Id. Hoc cum antea intelligerem, tum vero proxime iudicaui. Att.*

Cum & tum ad tempus futurum relata.

8 *Cum & tum, tempus futurum nonnunquam deſignant. Cic. Si valebis, cum recte nauigari poterit, tum nauiges. lib. 16. ep. 11. Id. Cum inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirum ibo. lib. 14. ep. 3.* Quando: all'hora non prima.

Interdum additur [denique] maioris explicationis gratia. Cic. Apud iudicem cauſam priore loco dicat, & eam cum perorarit

tum denique vocem accuſatoris audiat. Pro Quinct.

Cum, iam, vel Iam tum, relata ad tempus preteritum.

9 *Cum iam*] vel [*Iam tum*] *ad tempus præteritum referuntur*. Cic. *Cum hæc legeres iam decretum arbitrabar fore*. lib. 10. epiſt. 10. *Id. Cum hæc ſcriberem, iam tum exiſtimabam orationem ad te eſſe perlatam*. lib. 15. ep. 13. Scriuend'io queſte coſe, infin d'all'hora, &c.

De Aduerbio CVR.
Cap. XL.

1 CVr] *ſæpe cum cauſa coniungitur*. Cic. *Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes*. Pro Roſc. Com. Id. *Quod ſi tibi nulla cauſa eſt, cur hunc tanta calamitate affici velis*. Pro Roſc. Am. Che ſe tu non hai ragion alcuna di voler &c. Id. *Quæ eſt cauſa, cur hoc velis?* Pro Cluent. Id. *Quid eſt cauſæ, cur non pertimeſcat?* Pro Flac. Per qual cagione non dee egli hauer paura.

2 *Alias cauſa non exprimitur, ſed intelligitur* Cic. *Quid eſt Q. Naſo, cur tu in iſto loco ſedeas?* Pro Cæl. Che cagione hai di ſedere in coteſto loco? Che accade, che tu &c.

De Prępoſitione DE. Cap. XLI.

De pro Ex, ad perſonam relatum.

1 DE *pro [ex] ſæpe ad perſonam accommodatur. Cic. Audiui hoc de parente meo. Pro Corn. Bal.* Da mio Padre. *Id. Meſſala Conſul de Pompeio quæſiuit, quid de religione ſentiret. Att. lib.* 1. Dimandò à Pompeio. *Id. Fundum Cirneum Romæ mercatus eſt de Pupillo Merubonio. Pro Flac.*

De, ad locum.

3 *Alias refertur ad locum. Ter. Clamat de via. And.* Dalla ſtrada. *Cic. Non enim declamatorem de ludo, aut rabulam de foro quærimus.* 1. *de Orat. Id. Hominem audietis de ſchola.* 2. *de Orat. Id. Palam de ſella ac tribunali pronunciat.* 4. *Ver. Id. De Phaſelo, epiſtolam dedi. Att. lib.* 1.

Item illa vulgata] Exire de naui] De Sicilia abire [De Prouincia decedere.]

De, ad tempus.

3 *Interdum ad tempus. Cic. In comitium de nocte venit pro Mil.* Di notte. *Id. Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas. pro Mur. Id. Vt conſideratè, diligenterque nauiges de menſe Decembri. Ad Q. Fr. lib.* 2. *epiſt.* 5. Nel meſe. Del meſe. *Cæſ. Cum de tertia vigilia Petreius, & Afranius ca-*

ſtra mouiſſent.lib.1.de bel.Gal. Su la terza vigilia.

De, ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem.

4 *Perſæpe accommodatur ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem aliquã. Ci. Si quis vnquã de noſtris hominibus fuit? Pro Flac.* De noſtri. *Id. Vt habeat Orator, non ſane de minorib⁹. de opt.g.or. Id. Is accuſator de plebe fuit. In Brut.* Della gente baſſa. *Id. Vnus de illis. Pro Mil. Item illa. Vnus de multis, Vnus de ſeptem. Vnus de populo.*

De, ad materiam.

5 *Non raro ad materiam. Cic. De eodem oleo, & opera ſcripſit ad te. Att. lib. 13. Id. Cuiuſmodi artificium de ipſo iure ciuili Craſſus componi poſſe dicebat. lib. 2. de Orat.* Dell'iſteſſo corpo delle leggi.

6 *Huc ſpectant illa. Cic. Cæteri multa de ſuis rebus exportabant. Parad. & alia eiuſmodi.* Molte delle ſue coſe.

De, pro ſuper ὑπὲρ.

7 *Cum de legatis agitur [De] vſurpatur ad ſignificandam materiam, aut cauſam legationis. Cic. Regulus de captiuis commutandis Romam miſſus. lib. 1. Off. Id. Legatus ad Senatum de Rhodiorum præmijs venerat. in Brut. Item illa. Legati de pace; De captiuis redimendis, &c.*

De

De pro propter.

8 *Etiam ad cauſam declarandam adhiberi ſolet. Ter. Non hoc de nihilo eſt, quod Laches me nunc conueniam expetit. Plaut. De nihilo iraſci. Truc.* Per niente. *Cic. Flebat vterque non de ſuo ſupplicio: ſed pater de filij morte, de patris filius. 3. Ver. Item illa vulgata. Graui de cauſa. Certis de cauſis, Quibus de cauſis, Maximis, iuſtiſſimiſq́ de cauſis.*

DE pro Quod attinet ad.

9 *Sæpiſſime vſurpatur pro [Quod attinet ad] Cic. Cedit religioni de exercitu li. 1. ep. 2.* Quanto all'eſſercito. *Id. De pace, ſentio ſimulationem eſſe apertam. Att. lib.* 10. Quanto alla pace. *Huc reuocari poßunt illa [De facie noui.] Cic. Virtus quam tu ne de facie quidem noſti. In Piſ.* Ne meno di viſta.

De conſilio. De ſententia alicuius.

10 *Iungitur ſæpe cum conſilio, & ſententia. Cic. Omnia de meo conſilio, & vos feciſſetis; & Cannutius faceret. lib. 12. ep. 3. Id. Q. puer legit &c. Et ſolet aperire; idq́ de conſilio meo. Att. lib. 6.* Di conſiglio. Per conſiglio mio. *Id. De amicorum ſententia Roſcius Romam confugit pro Roſc. Am. Id. Vt hæredes ſui de Hemarchi ſententia dent, quod ſatis ſit, ad agendum diem natalem ſuum. 2. lib. de Fin. Item illa, De conſilij ſententia, De communi ſententia.* Di commun parere.

De induſtria.

11 *De induſtria*] *eſt* [*Dedita opera.*] A poſta. A bello ſtudio. *Cic. Nec tamen ab illis ita dicuntur de induſtria.lib.*4.*de Fin. Id. Si de induſtria facias lib.*1. *Off.*

De integro pro Denuo.

12 *De integro*] *idem quod* [*Denuo.*]*Cic. De integro creare Cenſores.* 4. *Ver. Id. Gratulari de integro. Att.lib.*13.*Id. De integro incidere in morbum.lib.*12.*ep.*29.*De integro ſcribere. Att.lib.*13. Di nuouo.

De ſcripto.

13 *De ſcripto*] *contrarium habet* [*memoriter.*] *Cic. Vt à me de ſcripto dicta, ſententia eſt, lib.* 10. *ep.* 13. *Ita enim dixiſti, & quidem de ſcripto.* 10. *Phil.* Con lo ſcritto in mano.

De meo, de tuo, de ſuo, de noſtro, &c.

14 *De meo, de tuo, de ſuo. Vulgaria videntur, ſed elegantia ſunt. Ter. Potat, olet vnguenta, de meo. Heaut.* A mio coſto. *Plaut. Ad eam operam facere ſumptum de ſuo. Bacch. Liu. Cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. lib.* 4. A ſue ſpeſe. *Plaut. De noſtro ſæpe edunt. Truc.* Del noſtro.

De

De Aduerbijs DEINDE, & DEINCEPS. Cap. XLII.

1 DEinde eſt aduerbium ordinis, atque interdum ſepius iteratur. Cic. *An ego tibi obuiam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde (quod caput eſt) amico?* lib. 3. ep. 7.

2 *Deinceps. ex dein, & capio, factum, proprie eſt* [*Vnus poſt alium*] Di mano in mano. *Cic. Sed tamen tres ſummò loco natos te nolo habere iratos, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore. lib. 2. epiſt.* 17. L'vn doppo l'altro. *Id. Deinceps qui accumberent, canerent ad tibiam*. 4. *Tuſc.* Di mano in mano. *Id. Deinceps accipere ab alijs, & tradere alijs*. 4. *de Rep.* L'vn dall'altro per ordine riceuere, & così dar ad altri.

3 *Interdum vſurpatur pro* [*Deinde*] Conſequentemente. *Cic. De iuſtitia dictum eſt; deinceps, vt erat propoſitum, de liberalitate dicendum. lib.* 1. *Off. Id. Deinceps laudatur Prouincia Gallia*. 4. *Phil.*

De Aduerb. DEMVM, & DENIQVE. Cap. XLIII.

1 *Demum idem eſt quod* [*Tandem*] *præſertim cum Interrogatione iungitur, & vim habet grauius inſtandi. Cic. Iam vero exilium, quantum domum à perpetua peregrinatione differt?* 5. *Tuſc.* Quanto differiſce mai?

2 *Cæteroqui vſurpatur pro* [*Denique.*] *Cic. Nunc demum litteris tuis reſcribo, Att.* 10. Hora finalmente.

3 *Denique, eſt (Ad extremum) Ac proprie locum habet in extrema parte enumerationis. Cic. Primum vos, docuit &c. tum inperorando poſuit, &c. Denique ad extremum, &c. pro poſt. Ra. ad Quir. Id Nihil eſt denique in natura rerum omniũ, quod &c.* 3. *de Orat.* Per finirla.

4 *Sæpe tamẽ vſurpatur pro* [*Demum.*] *Cic. His omnibus conſideratis, tum denique cogito, &c.* 2. *de Orat. Id. Tantum acceſſit, vt nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. lib.* 9. *ep. Id. Ne ſexageſimo denique anno macula notetur. Pro Quinct.*

De

De Aduerbio DIV. Cap. XLIV.

1 D*Iu*] *eſt* [*per longum tẽpus.*] *Cic. Quæ ſingulatim, ac diu collecta ſunt, vno tempore vniuerſa perdamus.* 1. *Ver.* Ad vna ad vna, & in lungo tempo.

Diu cum tempore præſenti.

2 *Cum actio adhuc durat, Diu, cum præſenti tempore copulatur. Cic. Omnia iam ex eo, quæ diu cupio, cognoſcam.* 2. *de Oratio.* Da grã tempo in quà. Graue tempo fà. *Lege Iam Diu.*

Diu, multumque.

3 *Diu ſæpè iungitur cum* [*multum*] *vt ſignificetur & diuturnitas tẽporis, & aſſiduitas, vel attẽtio actionis. Cic. Vtrum, &c. Diu multumq́; dubitaui. In Orat. Id. Libri Oratorij diu, ac multum in manibus fuerunt. Att. lib.….. Id. Cum multum, diuq́; vixerit. De Sen. Id. Hæc diu, multum, multoq́; labore quæſita vna eripuit hora pro Syl.*

De Aduerb. DONEC, & DVM. Cap. XLV.

1 D*Onec*] *eſt* [*Quoad.*] *Plaut. Neque credebam primo, mihi met, Donec*

Soſia,

Soſia, &c. Amph. Ter. Certum eſt obſidere vſque, donec redierit. Adel. Fin che. *Raro vſurpatur pro* [*Quandiu*] *vel* [*Dum*] *Ouid.* Donec eris felix, &c.

Dum pro Donec.

1 *Dum*[*interdum ponitur pro*[*Donec*]*ſiue* [*Quoad.*]*Colum. Paulum aqua maceratur, dum inlenteſcat. lib.*2. *cap.*11.*Cic. Qui valuit tam diu, dum hic prodiret pro Flac.* Sino à tanto che.

Dum cum verbo Expecto.

2 *Perſæpe cum verbo Expecto* [*Dum*] *iungitur. Cic. Expecta, amabo te, dum Atticum conueniam. Att. lib.*7.*Id. De Aufidio non puto te expectare, dum ſcribam. lib.*11.*Id. Ego in Arcano opperior, dum iſta cognoſco. lib.* 6. Fin che.

Dum pro Quandiu.

3 *Plerumque verò ſignificat* [*Quandiu.*] *Cic. Dum litteræ Latinæ loquentur.* 1.*de leg. Id. Dum præſidia vlla fuerunt, in Sylla præſidijs fuit. Pro Roſc.* Am. *Id. Dum hominum genus erit. Ibid.* Mentre che: Per quanto. Sin che il mondo durerà.

Dum pro Adhuc.

4 *Quoties Non, aut*[*Nihil*]*antecedit*[*Dum*] *vſurpatur pro*[*Adhuc.*] *Cic. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. lib.*2.*ep. Id. Et quamquam nihil dum audieramus, nec vbi eſſes, nec &c. lib.*12. *epiſt.*7. Non haueuamo ancor ſentito, &c.

Dum

Dum pro Dummodo.

6 *Dum*]*interdum pro*[*Dummodo*]*vſurpatur. Cic. Tu autem meminiſti nos ſic agere, vt, quas vellet præfecturas ſumeret, dum negotiatori. Att.lib.6.ep.Id. Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi, non laboro. Att.lib.8. ep. 11. ideſt, Dummodo non tibi.*] *Id. Iſta conditione, dum mihi liceat confiteri neſcire, quod neſciam. 1. de Ora.* Pur che. Con queſto patto che.

Dum, cum Vſque, & Vſque eo.

7 *Interdum cum* [*vſque*]*&*[*vſque eo*]*iungitur. Cic. Fateatur ſe hominem priuatum prædonum duces viuos, &c. vſque dum per me licuerit, tenuiſſe. 3. Ver. Id. Vſque eo premere earum capita mordicus, dum illę capitum amitterent. 2. de Nat. Deor.* Infin'à tanto. *Lege*[*vſque eo.*]

Dum, cum Interea.

8 *Alias cum*[*interea.*]*Ter. Hæc dum mecum reputo, accerſitur interea virgo. Eun. Cic. Hæc dum Romę geruntur, Quinctius interea &c. de ſaltu agroque communi, à ſeruis communibus, vt detruditur. Pro Quinct.* Mentre che; fra tanto.

De Aduerbio DVMMODO. Cap. XLVI.

1 D*ummodo*] *conditionem ſignificat. Pulchrè Cic. Quod nunquam dum-*

modo

modo otioſi, recuſarunt. Att. . . . .

Dummodo ne, ne quid.

2 *Cum conditio negans eſt, dicimus* [*Dummodo ne*] *potius quam* [*Dummodo non.*] *Cic. Sit ſumma in iure dicendo ſeueritas, dummodo ne ea varietur gratia. ad Q. Fr. li.* 1. *ep.* 1. *Id. Id ipſum ſcribas velim, te nihil habuiſſe quid ſcriberes, dummodo ne his verbis. l.* 12. *ep.* 44. *Id. Veniendum cenſeo: dummodo, ne quid hac ambitioſa feſtinatio imminuat eius gloria, quam conſecuti ſumus, lib.* 10. *epiſt.* 25. Pur che non.

De Aduerb. EATENVS. Cap. XLVII.

Eatenus quoad, Eatenus vt.

3 E*Atenus conflatum ex*] *Ea* [*& Tenus,*] *ſignificat* [*Vſque ad eum terminum.*] *Cic. Verba perſequens eatenus, vt non abhorrerent à more noſtro, de opt. gen. or.* Fino a queſto termine. *Id quorum ſi quis eſſet ſordidior ferres eatenus, quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſſet, &c. Ad Q. Fr. lib.* 1 *ep.* 1. Fin tanto che.

De

De Aduerb. ECCE, & EN. Cap. XLVIII.

1 *Ecce] ſapè repentinum quid oſtendit ac nouum. Cic. Ecce ſubito littera Domitij ad illum. Att. lib.* 8. Eccoti ſubitamente. *Id. Ecce poſtridie ad Caſſium littera caput à Lucretio familiari eius. Att. lib.* 7.

Ecce autem.

2 *Sapè, aſciſcit [Autem] Cic. Ecce autem repente, ebrio Cleomene, dormientibus cateris nunciatur piratarum naues adeſſe. 7. Ver.* Ecco poi ſubitamente. *Id. Ecce autem noua turba, atque rixa. 6. Ver. Id. Ecce autem ſubitum diuortium. Pro Cluen.* Et ecco.

Ecce tibi.

3 *Aſſumit interdum pronomen [Tibi] elegantia cauſa. Cic. Ecce tibi ex aduerſo Lampſacenus Strato 2. Acad. Id. Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, vt &c. pro Cluen. Id. Cum hac maximè ſcriberem; ecce tibi Seboſus. Att. lib.* 2. Eccoti.

En, irridentis.

1 *En non ſolum demonſtrantis eſt, ſed interdum irridentis. Cic. En cui tuos liberos committas. 3. Ver. Id. En hoc illud eſt, quod ante dixi: mulier abundat audacia. Pro Cluent. Id. En cur magiſter eius ex Oratore arator factus ſit. 2. Phil.* Ecco per qual cagione.

En,

En, Indignantis, aut miſerantis.

2 *Alias indignantis, aut miſerantis. Cic. En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet. Pro Deiot. Id. En cur cæteri Reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur. pro Seſt. Id. En cur Tyndaritani libenter prædicent, Nos in ſeptemdecim populis Siciliæ non eramus.*

De Pronomine Ecquis, & Aduerb. Ecquando. Cap. XLIX.

1 E*Cquis ex coniunctione, Et, conflatum eſt, tamen non tam ſignificat [Et quis] quam [Num quis] Plaut. Ecquis in villa eſt? Rud.* Euui alcuno? *Cic. Ecqua poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio? 2. Acad. Id. Ecquod iudicium Romę tam diſſolutum fore putaſti, quo &c. 5. Ver. Id. Ecquid attendis? Ecquid animaduertis horum ſilentium? 1. Catil.* Hor attendi tu?

2 *Vſurpatur etiam ſine interrogatione. Cic. Vt videant, & inueſtigent, ecqua virgo, aut mulier ſit. 3. ſer.* Se vi ſia alcuna.

3 *Aſciſcit interdum. [Nam] inſtigandi cauſa. Cic. Ecquodnam principium putatis libertatis capeſſendæ. 10. Phil.*

4 *Ecquando [eſt] Num aliquando] Cic. Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putaſti? 4. Ver.* Penſaſti tu mai?

De

De Aduerb. Enim, & Etenim. γάρ. καὶ γάρ. Cap. L.

1 ENim, & Etenim, etſi æquè reddunt rationem, vſu tamen differunt, Namque enim (vt omnes norunt) poſt vnum aut alterum verbum vſurpatur, etenim apud Oratores, ſemper initio ponitur. Vtrumque autem continuat interdum orationem. Cic. Attendite enim diligenter. 4. Ver. Id. Etenim rem totam breuiter cognoſcite.... Ver.

Nec enim, Neque enim.

2 Nec enim, aut, Neque enim, pro [Non enim] dici ſolet. Cic. Nec enim vnquam ſum aſſenſus veteri illi, laudatcq; prouerbio. de Sen. Id. Neque enim quod ſentio, libet dicere, 1. de Nat. Deor. Perche non mi piace.

De Aduerbio Enimuero. Cap. LI.

1 ENimuero ex [Enim & Vero] factum, vehementius affirmat, aut negat. Plau. Ain' vero? P. Aio enimuero Perſa. Id. Tum te abiiſſe hinc negas? Am. Nego enimuero. Amph. Sì ch'io'l niego. Cic. Enimuero negat. 6. Ver.

Enim-

Enimuero pro Scilicet. δηλαδή.

2 *Vſurpatur interdum* [*Enimuero*] *pro* [*Scilicet*] S'intende. Ben ſapete. *Cum res nimirum, qua de agitur, ita nota eſt, vt quiuis per ſe eã intelligere poſſit. Cic. Illi enimuero ſe oſtendunt, quod vellet, eſſe facturos. 7. Ver. Id. Enimuero iſte credere, ac mirari, 5. Ver. Id. Hic enimuero tu exclamas, hominem improbum. Ibid.* Sò dire, che quì tu eſclami.

Enimuero indignantis.

3 *Alias indignantis eſt. Cic. Enimuero hoc ferendum non eſt. 3. Ver.* Oh queſto nò. *Id. Enimuero ſi vnus homo, &c. quanta tandem pecunia, &c. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1.*

Enimuero pro Demum.

4 *Nonnunquam pro* [*Demum*] *vſurpatur. Plaut. Nũc enimuero occidi. Cap.* Adeſſo sì, ch'io ſon rouinato. *Liu. Tunc enimuero Deorum ira admonuit. lib. 2.* All'hora sì.

Enimuero pro Nimirum.

5 *Aliquando pro* [*Nimirum*] *Plau. Enim vero Dij nos quaſi pilas homines habẽt. Capt.* In fatti. *Teren. Enimuero Daue locus non eſt ſegnitiæ. And.*

De Aduerb. E O. Cap. LII.

Eo quo, pro Tanto quanto.

1 EO quò] *pro* [*Tanto quanto*] *Vulgatiſſimũ eſt. Cic. Quarũ rerum eo grauior eſt*

eſt dolor, quo culpa maior. lib.11. ep.11. Id. Vnde eo plus opis auferret, quo minus attuliſſet pro Quinct.

Eo quod. Eo quia.

2 *Eo quod*] & [*Eo quia*] *idem declarant quod* [*Propterea quia.*] *Cic. Eoque tardius ſcripſi ad te, quod quotidie te ipſum expectabam. lib.3. ep.7.* Per queſto riſpetto, che. *Id autem eo facilius credebatur, quia ſimile vero videbatur. lib. 12. ep.5.*

Eo quo pro Eo quod.

3 *Interdum*] *Eo quo* [*vſurpatur, pro*] *eo quod. Cic. Neque hæc eo ſcribo, quo te meo caſu non maximo dolore eſſe affectum ſciam lib. 3. ep.15. Id. Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides, atque conſtantia. Pro Quinct.* Non lo dico, perche.

Eo vt, Eo vt ne.

4 *Iungitur etiam nonnunquam cum* [*Vel*] *vel* [*Vt ne*] *Cic. Hæc ad te eo pluribus ſcripſi, vt intelligeres me &c. lib.13. ep.69. Ideſt, propterea vt.*] *Id. Suſpicor eo ſemihoram mihi à Labieno preſtitutam eſſe, vt ne plura de pudicitia dicerem lib. 13. ep. 69.* Per queſto riſpetto, Per queſta ragione Accioche.

De

De Aduerbio E R G O. Ἄρα. Cap. LIII.

Ergo pro igitur cum interrogatione.

1 ERgo (*vt vulgatum vſum omittamus*) *interdum vſurpatur cum interrogatione pro*] *Igitur.Cic. Quid ergo eſt? primum magnitudo periculi &c. Pro Quinct. Id. Nũ ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus? Acad. 2. Plau. Ipſus inquam Carmidos ſum. S. ergo ipſus ne es? Trin.* Dunque ſei tu d'eſſo.

Ergo pro Itaque. ἄρα.

2 *In principijs ſæpe vſurpatur pro* [*Itaque. Cic. Ergo hoc eſt animi bene conſtituti, &c. de Am. Liu. Ergo dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret virtus, creuit Imperium Romanum, lib. 4.* Et coſi mentre.

Ergo pro Cauſa ἕνεκα.

3 *Ergo*] *in medio ſumitur pro cauſa. Cic. Si quid contra alias leges, eius legis ergo factum ſit. Att. lib. 3.* Per riſpetto di quella legge. *Id. Virtutis ergo donaretur, de opti. ge. orat. Id. Eum donari virtutis ergo, beneuolẽtiæque. Ilid.* Per ſuo valore, & amoreuolezza. *Id. Neue leſſum (id eſt eiulationem) funeris ergo habento. 2. de Leg. Liu. Fugæ, ac formidinis ergo non abituræ, lib. 22.* Per paura.

De

De coniunctione E T.
Cap. LIV.

Et, pro [Et tamen] hortantis εἶτα.

1 CONiunctio [Et] in principijs comprehenſionum mirificos vſus habet. Sapè declarat [Et tamen] ac vim habet hortandi. Cic. *Et quiſpiam dubitabit, quin huic tãtum bellum tranſmittendum ſit? Pro Leg. Man.* Saracci chi dubiti? *Virg. lib. 6. Æn.*

Et dubitamus ad huc virtutem extendere factis?

Et, indignantis. εἶτα.

2 *Alias indignationem deſignat. Cic. Et vos acta Cæſaris defenditis, qui leges eius, euertitis? 1. Phil.* εἶθ ὑμεῖς. Et poi voi. *Id. Et tu in Cæſaris memoria diligens? 2. Phil. Id. Et cauſam dicit Sextius de vi. Cur ita? Pro Seſt.* Et poi Seſtio.

Et quidem, Et vero, affirmantis. καὶ δή.

3 *Et quidem [Et vero] grauius affirmant. Cic. Rarum genus. Et quidem omnia præclara rara. de Amic. Id. Tibi & fuit hoc ſemper facillimum, & vero eſſe debuit. Ad Q. Frat. lib. 1. ep. 1.* Et in vero.

Et quidem, amplificantis καὶ δή.

4 *Interdum [& quidem] vim habet augendi. Cic. Duo millia iugerum ei aſſignaſti, & quidem immunia. 2. Phil. Id. Sed*

Draconem loquêtem viſus eſt audire, & quidem (quo maius ſit) cum radiculam ore teneret, locutus eſt.2. de Diu. Id. Me aſpicis, & quidem, vt videris iratus.2.Phil. Et poi.

Et quidem pro Quid mirum? Etiam.

5 *Cic. Cruciatus eſt à Dolabella Trebonius, & quidem à Carthaginienſibus Regulus.11.Phil.*

De Coniunctione ETIAM.
Cap. LV.

Etiam pro Inſuper.

1 E*Tiam] ex [Et] & [Iam] conflatum eſſe apparet. Proinde coniunctio [Et] praponi ei non ſolet. Sed pro [& etiam] dicimus, [Atque etiam.] Plerumque vim habet addendi. Cic. Voce, motu, forma etiam magnifica. in Brut. Id. Credo & has tabellas nihil profuturas, etiam plus ſuſpiciones in eo crimine futurum. 4. Ver.* D'auantaggio. *Id. Probabilis Orator; Iam vero etiam, probatus. In Brut.*

Etiam Redarguentis ἤτα.

2 *Nonnunquam vim habet redarguendi. Cic. Is mihi etiam quaritur, ſe &c.* Et poi ſi lamenta. *Id. At etiam me aſpicis: & quidem, vt videris iratus 2. Phi.* Et ancora mi guardi? *Lege [At etiam.]*

Etiam, affirmantis.

3 *Non raro vim habet affirmandi. Cic.*

Aut

Aut etiam, at non, reſponde. 2. *Acad. Id.* Riſpondi, sì, ò nò. *Id. Vtrũ cetera nomina, &c. digeſta habes, an non? Si non; quomodo tabulas conficis? Si etiam; quamobrem hoc nomen, &c. in aduerſarijs relinquebat? Pro Roſc. Con.* Se ſi, perche cauſa?

Etiam atque etiam.

4 *Etiam atque etiam*] *eſt* [*Iterum atque iterum.*] *Cic. te prorſus vehementer etiam atque etiam rogo. Ad Q. Fr. lib.* 1. *ep.* 2. Quanto sò, & poſſo. *Id. Etiam atque etiam qui id liceat, conſiderabunt pro leg. Man. Id. Tu quemadmodum exiſtimes, vide etiam atque etiam. Ver.* Ben bene. Molto bene.

Etiam ne.

5 *Etiam ne*] *tum admirationi ſeruit, tum etiam amplificationi. Plaut. Obſecro te, etiam ne hoc negabis te, &c. Amph. Cic. Etiam ne Balbus in Senatum venire cogitet? Att.* 10. E' poſſibile? *Id. Etiam ne frumentum pro emptogratis dare?* 5. *Ver. Id. Etiam ne, inquam, ſi in Capitolium faces ferre vellet? de Amic.*

Etiam num; Etiam nunc, pro Adhuc. Quod barbari dicunt, Vſque nunc.

6 *Etiam num*] *ſiue* [*Etiam nunc*] *pro* [*adhuc*] *vſurpari ſolet. Cic. Si vlla ratione etiam num efficere potes, vt id explices. Att. lib.* 8. *Salui etiam nunc eſſe poſſumus. Pro Roſc. Am. Id. Quæritur etiam num, quis eum nuncium miſerit. Pro Mur. Id. Homines tam*

D in-

ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe,&c. Pro Mur. Fin'ad hora. *Teren. Etiam nunc hic ſtas Parmeno? Eun.* Ancora ſtai quì?

Etiam tum, pro Etiam tunc, ſiue vt barbari, Vſque tunc.

6 *Etiam tum*] *pro* [*Etiam tunc*] *dici ſolet. Ter. Narratque, vt virgo ab ſe integra etiam tum fiet. Hecy.* Fino all'hora. *Cic. Cum etiã tum in lecto Craſſus eſſet. 2. de Orat. Id. Omnes etiam tum retinebant, illum Periclis ſuccum. Ibid. Id. Cum iſti etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet. 4. Ver.*

Etiam ſi, abſolutè.

8 *Etiam ſi*] *vim habet augendi. Cic. Omnia autem breuia tolerabilia eſſe debent: etiam ſi maxima ſint. 1. Tuſc.* Per grandi che ſiano.

Etiam ſi, pro Etſi, cum Tamen, aut certè εἰ καὶ.

9 *Etiam ſi*] *pro* [*Etſi*] *vſitatum eſt. Cic. Etiam ſi non is eſſet, qui eſt: tamen ornandus videretur. lib. 14. ep. 19. Id etiam ſi eſt in genere tolerabili, certè non eſt in optimo. de op. gen. or.* Ancorche. Ancorche ſia. *Id. Quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia: etiam ſi tu eam minus ſecutus ſis. De Amic.* Poſto che, Ancorche.

De

De Coniunctione ET SI. εἰ καὶ. Cap. LVI.

Etſi cum Tamen, At, Attamen.

1 ET ſi] *non ſolum Tamen adſciſcit, ſed interdum At, vel Attamen. Cic. Et ſi abeſt maturitas ætatis; iam tamen perſonare aures eiuſmodi vocibus non eſt inutile. lib.6. ep.19. Id. Et ſi magiſter eius Iſocrates; at non Thucydides. In Orat. Id. Et ſi nequaquam parem illius ingenio; at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam, debitamque referamus. 3. de Orat.*

Et ſi cum Sed, Sed tamen, Veruntamen.

2 *Et ſi* [*iungitur interdum cum*] *Sed, Sed tamen, Veruntamen. Cic. Et ſi poſuiſti ioco verſus Aſianos, ſed quæ eſt inuidia? lib.9. ep. 16.* Se bene. *Id. Et ſi me quidem non offendunt, ſed tamen cum diſcedunt, flagitant lit teras. lib.15. ep.17.* Benche quanto à me. *Id. Suaues tuas litteras; & ſi acerba pompa: veruntamen ſcire omnia non acerbum eſt. lib.13. ep.43.*

Et ſi ſiue Tamen. καὶ τοι. Benche.

3 *Cic. Et ſi id ipſum nonnullis videatur ſecus lib.6. ep. Id.* Benche queſto ſteſſo. *Id. Coram conſiderabimus quale ſit: habes enim deliberationem. Et ſi ex parte magna tibi*

aſſentior. lib.7. *epiſt*.3. *Id. Do pœnas temeritatis meæ. Et ſi qua fuit illa temeritas? Att. lib*. 9. *ep*. 9.

De Præpoſitione E, vel Ex. Cap. LVII.

E, vel Ex, cauſa, à qua vel propter quam res eſt.

1 E *Vel[ex]cauſam ſapè declarat efficientem. Teren. Grauida è Pamphilo eſt. And. Peperit è Pamphilo. Ibid. Cic. Quando igitur tum ex me doluiſti: nunc vt duplicetur tuum ex me gaudium præſtabo. lib*. 16. *ep*. 21. Per conto mio. *Id. Ex te duplex nos afficit ſolicitudo, quòd, & tu Rep. careas, & illa te. in Brut*. Per amor tuo. *Id. Nos hic te ad menſem Ianuarium expectamus ex quodam rumore, an ex litteris tuis ad alios miſſis? Att. lib*. 1. Per grido, ò pur per lettere. *Id. Cunque è via languerem*. 8. *Phil*. Trouandomi ſtracco morto per il viaggio. *Id. Domus mea ædificatur, ex authoritate Senatus pecunia publica. de Ar. Reſp*. Per ordine del Senato.

2 *Huc referenda ſunt etiam illa [Ex lege, ex decreto, ex teſtamento, ex formula]* Per vigore della legge, del decreto, del teſtamento.

E, vel Ex, materiæ copulata.

3 *Sepè materiam deſignant. Cic. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pregrandi, trulla excauata. 6. Ver.* D'vna ſola pietra pretioſa. *Id. Ennius in ſepulcro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore. Pro Arch. Id. Simulacrum ex ære, poculum ex auro. 6. Ver.*

E, & Ex parti iuncta.

4 *Interdum parti adhibetur. Cic. Laborat è renibus. 2. Tuſc. Id. Laborare ex pedibus. lib. 9. epiſt. 23. Item [Ex oculis, ex capite.]*

E, & Ex, ad multitudinem, aut numerum relata.

5 *Non raro ad multitudinem, aut numerum refertur. Cic. Tibi ex latronibus ſuis detulit principatum. 2. Phil.* Frà i ſuoi, de' ſuoi. *Id. Homo ex numero deſertorum poſtulabat, &c. 1. de Orat. Id. Ex intimis vnus. lib. 13. ep. 3.*

6 *Item illa, Vnus è plebe: Vnus è multis, vel ex multis, Vnus ex omnibus.*

E, & Ex, modus.

7 *Alias modum declarant. Cic. Simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex inſidijs agendum putant.* 1. Off. Di naſcoſto, Per inganni. *Id. Multi boni viri ex occulto interueniſſent. Pro Cluen. Id. Voluiſti ex improuiſo, ſi quæ res nata eſſent, &c. decernere. 3. Ver.* All'improuiſo. Alla ſprouiſta.

Di ſubito. *Liu. Ex inſperato, repente miſiſtis nobis hunc Scipionem lib.* 28. Quando manco ſi ſperaua.

E, & Ex pro Secundum κατὰ.

8 *E, & Ex aliquando ponitur pro* [*Secundum*] Conforme. *Cic. Hunc ſtatum corporis maximè expetit, qui eſt è natura maximè. 1. de Fin.* Conforme alla natura. *Id. Nihil niſi ex optimo more, & ſanctiſſima diſciplina. 2. Phil. Id. Ex præceptis Philoſophiæ acta vita. 5. Tuſc.* Secondo i precetti. *Item illa*] *Ex conſtitutione, ex inſtituto.*

Ex animo, Ex ſententia.

9 *Ex animo*] *ſimulationi opponitur. Cic. Equidem dicam ex animo, quod ſentio. In Piſ. Id. Te autem alienum hominem ament ex animo? Ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 1.* Di cuore.
10 *Ex ſententia*] *idem eſt quod* [*ex voluntate*] *ideſt, vt volumus, Plaut. Bene obſonaui, & ex mea ſententia Menech.* A guſto mio. *Ter. Spero hanc rem euenturum nobis ex ſententia. Heaut. Cic. Te ex ſententia nauigaſſe gaudeo. At....* Secondo il deſiderio tuo. *Id. Hæc ex ſententia confecta ſunt. lib. 12. ep. 10.*

E, vel Ex loco iuncta.

11 *Sæpiſſimè* [*E*] *vel* [*Ex*] *loco ſeruiunt. Cic. Epicuros tecum paucos è Græcia compararet. 1. de Nat. Deor. Sed exempla paſſim occurrunt.*

E, vel Ex tempori iuncta.

12 *Ex ſæpè ad tempus præteritum accommodatur.Cic. Nec vero vſquam diſcedebam ex eo die, quo in Ædem Telluris conuocati ſumus.* 1. *Phil. Id. Ex ea die ad hanc diem, quæ feciſti,in iudicium voco.* 3.*Ver.*Da quel tempo in quà. *Alias ad futurum. Cic. Vereor,ne ex Kalendis Ianuarijs magni tumultus ſint.lib. ep.*

Ex interuallo.

13 *Ex interuallo*] *tum ad locum, tum ad tempus refertur.Liu.Multa,quæ ex interuallo non apparent, bellum aperitur, lib.*8. *bel. Pun.* Per lo ſpatio di mezo. *Cic. Ille.Latinus* Ἀττικισμὸς *ex interuallo regustandus eſt.Att.lib.*4.Di quando in quando.

14 *Huc referenda ſunt illa.* [*Ex improuiſo. Ex tempore*] *Cic.Voluiſti ex improuiſo, ſi quæ res,&c. decernere.*3.*Ver.* Alla ſprouiſta.*Id. Illud egregium Seſtij, & ex tempore, Manus laua,inquit,& cœna.*Senza penſarci.

Ex pro Poſt.

15 *Aliquando vſurpatur pro*] *Poſt. Cic. Si quis antea mirabatur, &c. Ex hoc tempore miretur potius,pro Sext.* ἐκ τοῦ νῦν. Da queſto tempo in poi. Da hora innanzi. Da hora in poi. *Id. Cotta ex Conſulatu profectus eſt in Galliam. in Brut.* Dopò il Conſolato.

Ex, ad priorem ſtatum.

16 *Nonnunquam ad priorem ſtatum, aut conditionem refertur. Terent. E ſeruo Libertus. And.* Di ſeruo. *Cic. Nihil tam miſerabiles quam ex beato miſer. Partit. Id. Sed repente ex homine, tanquam aliquo Circeo poculo, factus eſt Verres. 3. Ver. Id. Cur ex Oratore arator factus ſit. 2. Phil.*

E, vel Ex, ad vtilitatem κατὰ.

17 *Interdum deſignat vtilitatem. Cic. Duobus, aut tribus Senatus conſultis è Ref. factis. 3. Phil.* κατὰ τὴν πόλιν. In fauore. In vtile. *Id. Facis ex tua dignitate, & è Republica. ad Brut. epiſt.* 2. Tu fai per la riputation tua, & per la Republica. *Id. Statues, vt ex fide, fama, reque mea videbitur. Att. lib. 5. Id. Statues ex noſtra dignitate. lib. 5. ep.* 8. In honor noſtro.

De Aduerbio EXTRA ἔξω. Cap. LXII.

1 EXtra *contrarium habet [Intra] Cic. Sola ne beata vita relinquitur extra oſtium, limenque carceris?* Fuor della porta, & della ſoglia. 5. *Tuſc. Id. Senſibus, & animo ea, quæ extra ſunt, percipimus. 2. de Nat. Deor.*

2 *Illa tranſlata. Cic. Se extra omnem culpam, & cauſam poſuit. de Vniu. Id. Extra*

coniurationem hunc eſſe dixiſſet. pro Syl. Id. Nec extra modum ſumptu, & magnificentia prodeas. 1.*Offic.* Paſſi i termini.*Id.Sed mehercule extra iocum, homo bellus eſt. lib.* 7. *epiſt.*16.Senza burla.*Id.extra ordinem bellum cum Mithridate, Tigraneq́ gesſit. Pro Do.* Per Priuilegio particolare. *Id. extra hanc contentionem, certamenq́ noſtrum, familiariter tecum loquar.*1.*Ver.*

Extra pro Præter.

3 *Non raro vſurpatur pro [præter] Cic. Extra collegium Sacerdotum, ne quiſquam ſacra, quæ publicè eſſent conſtituta, noſſet.* 2. *de Leg.* Dal Collegio de' Sacerdoti in fuori. *Id. Extra Ducem paucosq́ præterea.* Dal Capitano in fuori. *lib.*7.*ep.*3. *Id. Ciuis eſt nemo in tanto populo, extra contaminatam illam P. Claudij manum, qui, &c. Pro Do.* Fuor di quella,&c.

De Aduerbio EXTRINSECUS. Cap. LIX.

1 EXtrinſecus *aduerbium, contrarium habet, Intrinſecus. Cic. Ducunt extrinſecus ſpiritum pulmones, & cor.* 2. *de Nat. Deor.* Di fuori. *Id. Animos hominum extrinſecus eſſe tractos, & hauſtos.* 1.*de Diu. Id. Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros*

per corpus imagines nobis dormientibus. 2. *Acad. Id. Cum Annibal columnam auream vellet auferre, dubitauit vtrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata.* 1. *de Diu.* Di fuora via. *Id. Corporum adiumenta adhibentur extrinſecus, animorum ſalus incluſa in ipſis eſt.* 4. *Tuſc.*

De Aduerbio FACILE. Cap. LX.

1 F*Acile [vt vulgatam eius ſignificationem taceamus] interdum vſurpatur pro [Sine controuerſia.]* Senz'alcun dubio. *Cic. Non ſolum ſui municipij, ſed etiam illius vicinitatis facile primus. Pro Roſc. Am. Id. Eudemus Platonis auditor, in Aſtrologia, iudicio doctiſſimorum hominum facile princeps.* 2. *de Diu.* Senza contradittione.

Facile, cum ſuperlatiuo.

2 *Iungitur etiam cum ſuperlatiuo. Cic. Virum vnum totius Graecie facile doctiſſimum Platonem. Pro Rab. Poſth. Id. Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita ſimilis, vt eſſet facile deterrimus. Tuſc.*

De

De Aduerb. FERE, & FERME. Cap. LXI.

1 FEre, ac Ferme imminuunt nonnihil rem, aut numerum. *Cic. Quemadmodum ducatur honeſtum, ſatis fere dixi. 1. Off. Id. Vt ei nihil ferme quiſpiam poſſit addere, in Brut.* Quaſi niente. *Id. Omnes ferè familiares Cęſaris me colunt. lib. ep.* Quaſi tutti. Si può dir tutti. *Hora ferè nona. Att. lib. 7.*

2 *Interdum [Ferè] videtur aliquid addere. Cic. Hæc ferè habui dicere de Natura Deorum, lib. 3. de Nat. Deor.* Poco più ò manco. *Id. Hęc erant fere, quæ tibi nota eſſe vellem. lib. 12. ep. Significat enim pauca quędam Pręterea fuiſſe.*

Fere, & Ferme, pro Plerunque. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

3 *Alias vſurpantur pro] Plerunque. Cic. Hoc iam ferè ſic fieri accepimus. Pro leg. Manil.* Per lo più, per l'ordinario. *Id. Nunc etiam ab orationibus diſiungo me fere, referóq; ad manſuetiores Muſas, lib. 1. ep. Id. Sapientius enim cogitatio non fermè ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos. 5. Tuſc.*

De Aduerb. FORTE, & FORTASSE. ἴσως. Cap. LXII.

1 *Forte, & Fortaſſe, non tam origine, quam ſignificatione, & vſu differunt. Forte [enim idem eſt quod] Caſu. Cic. Fortè euenit, vt in Priuernati eſſemus. 2. de Orat. Id. Cum Puteolos fortè veniſſem. Pro Planc.* A caſo, A ſorte.

Fortaſſe (idem de fortaſſis, & forſitan dicendum eſt) dubitationem continent. Cic. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quam velles. lib.3. Forſe, Per auuentura.

Si fortè. Niſi fortè. Ne fortè ἄρα.

2 *Quoties antecedit. Si, Niſi, vel Ne. [Fortè] dicitur non [Fortaſſe neque Forſitan.] Cic. Si quis veſtrum. Iud. aut eorum, qui adſunt fortè miratur. 2. Ver. Id. Niſi fortè magis erit parricida, ſi quis conſularem patrem, quam ſi quis humilem necauerit. Pro Mil. Id. Ne forte hoc magnum, ac mirabile videatur. 2. de Orat.*

Admonitio.

3 *Si fortaſſe, Si fortaſſis, Si forſitan. Item Niſi fortaſſe, Niſi fortaſſis, Niſi forſitan. Ne fortaſſe, ne fortaſſis, ne forſitan, vitioſa cenſentur. Niſi, ſi quando multa verba interponantur.*

For-

Forſitan, Fortaſſe, anteoccupant.

4 *Forſitan, & Fortaſſe nonnunquam anteoccupationi ſeruiunt. Cic. Forſitan quiſpiam dixerit, num ne igitur, &c. de Orat. Id. Forſitan quæratis, &c. Pro Roſc. Am. Id. Fortaſſe dices, quid ergo? hæc inter ſunt omnia?* 1. *Ver.*

Admonitio.

5 *Quoties accedit interrogatio, non ſolet vſurpari Forte, aut Fortaſſe, aut Forſitan, ſed An, vel Ne. an credis? Credis ne?* Credi tu forſe?

De Aduerbio HACTENVS. Cap. LXIII.

1 H*Actenus [ex Hac & Tenus] factum [vſque ad hunc locum ſeu terminum] ſignificat. Virg. 6. Æn.*

Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecura.

In fin qui.

2 *Plerunque vſurpatur per tranſlationem, pro [Vſque ad hunc locum] Carminis, vel Orationis. Virg. 2. Geor.*

Hactenus aruorum cultus, & ſidera cœli,
Nunc te Bacche Canam.

Cic. Hactenus mihi videor. de amicitia, quid ſentiam, potuiſſe dicere. de Am. Fin qui. *Id. Sed hæc hactenus. lib. 6. ep. 2.* Ma queſto baſti. *Id. Hactenus fuit, quod à me ſcribi poßet. Att. lib.* 11. Queſt'è quel tanto, che ſi potea ſcriuer da me.

Ha-

Hactenus vt, Quoad, Quod.

3 *Interdum aſciſcit, Vt, Quoad, Quod. Cic. Præcepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur. 2. de Orat.* Fino à queſto termine. Per queſto, & non per altro. *Id. Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem recte adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres his de rebus. lib. 4. ep. 3. Id. Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, &c. quod ea forma vllam neget eſſe pulchriorem Plato. lib. 1. de Nat. Deor.*

Admonitio.

4 *Cum, Vſque ad hoc tempus, ſignificatur, non ſolet Hactenus vſurpari, ſed Adhuc, lege [Adhuc.]*

De Auuerbio HAVD. Cap. LXIIII.

Haud quaquam, Haud ſane.

1 H*Aud idem eſt quod Non. Cic. Haud heres eſt Cluentius. Pro Cluen.*

2 *Haud ſi aſciſcat [Quaquam] aut [ſane] vehementius negat. Cic. Haudquaquam id eſt difficile. Craſſo 2. de Or.* Non è punto difficile. *Id. Quorum pater homo prudens, & grauis, haud quaquam eloquens, ſaluti Reip. fuit. 1. de Orat. Id. Haud quaquam mediocre, ſ condimentũ amicitia. de Am. Id. Rem haud*

ſane

ſane difficilem admirari videmini. de Am. Non punto difficile. *Id. Haud erat ſane quod quiſquam ratione, ac doctrina requireret. 3. Tuſc.* Non accadeua per certo.

Haud ſcio an, pro Fortaſſe.

3 *Haud ſcio an] vſurpatur pro [Fortaſſe] cum verecunde aliquid, quod dubium eſſe poſſet, affirmare volumus. Cic. Vir ſapientiſſimus, atque haud ſcio, an omnium præſtantiſſimus. 2. de Nat. Deor. Id. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum. lib. 9. epiſt. 15. Id. Capeſſentibus Remp. nihil minus, quam Philoſophis, haud ſcio, an multo magis etiam deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum. 1. Offic. Id. Atque haud ſcio, an ne opus ſit quidem nihil vnquam omnino deeſſe amicis. de Amic.*

Haud paulo, pro Multo.

4 *Haud paulo idem eſt quod [Multo.] Cic. Na tu haud paulo plus, quam quiſquam noſtrum, delectationis habuiſti. lib. 7. ep. 1. Id. Ciuis haud paulo melior, quam iſti noſtri. Att. lib. 2. epiſt. 6.*

De Interiectione HEVS. Cap. LXV.

Heus tu, expoſtulantis.

1 *HEus tu.] & ſi propriè vocantis eſt, tamen interdum eſt expoſtulantis, aut*

reprehendentis, aut vehementius aliquid commonentis, aut declarantis. Cic. Sed heus tu. Celari videor à te. ad Q. Fr. lib. 2. epiſt. 6. O là, che coſa è queſta. *Id. Sed heus tu, qui καν ὤν eſſe meorum ſcriptorum ſoles. lib. 16. ep. 17. Id. Sed heus tu. Vides ne cōſulatum illum noſtrum, quem, &c. Att. li. 1. epiſt. 12.* O là, Senti quà. Non vedi tu?

De Aduerbio HIC. ἐνταῦθα. Cap. LXVI.

Hic pro cum ita res ſe habet.

1 H*Ic [etſi propriè aduerbium eſt loci, tamen per tranſlationem ad res alias accommodatur. Ac ſæpè ſignificat, [Cum ita ſe res habeat. Cum res eo loci ſit.] Cic. Hic vos dubitatis, Iudices, tantam iſtius audaciam, tantam crudelitatem, tantam iniuriam vindicare? 4. Ver. Id. Hic mihi etiam Q. Fuſius vir fortis, ac ſtrenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat? Phil. 8. Id. Hic miramur tantum hunc hominem, tantum excellere cæteris? Pro leg. Man.* Paſſando coſi le coſe.

Hic, Hic iam, pro Nunc.

2 *Nonnunquam ponitur pro [Nunc,] præſertim cum [Iam] aſciſcitur. Cic. Hic ego quid prædicem, quibus rebus hic Conſulem ad rem gerendam excitarit? Pro Seſt. Id. Hic iam*

plura

plura non dicam. Fuit enim illud extremum. Pro leg. Man. Id. Hic iam de ipſo accuſatore quæro. Pro Seſt. Hora io dimando all'iſteſſo.

Hic, Hic tum, pro Tunc.

3 *Interdum vſurpatur pro Tunc: nimirum eum ad tempus præteritum refertur. Cic. Hic illi flentes rogare, atque orare cęperũt, ut, &c. 5. Ver.* All'hora. In queſto. *Id. Hic Catulus, & ſi heri, inquit, &c. 2. Acad. Id. Hic tum Fabritius, non modo ad me meos vicinos, & amicos non adduxit. Pro Cluen. Id. Hic tum alius ex alia parte. Enimuero, inquit, &c. 3. Ver.*

Hic etiam, indignantis.

4 *Hic etiam*] *indignationem deſignat. Cic. Hic etiam priore actione Q. Hortenſius pupillum Iunium veniſſe prætextatum queſtus eſt. 3. Ver.* Et poi ſi lamenta.

Hoc quo, pro Eo quo, ſeu Tanto quanto.

1 *Hoc quo*] *pro* [*Tanto quanto*] *vſitatum eſt, cum duobus comparatiuis. Cic. Hoc audio libentius, quo ſæpius. lib. 13. epiſt. 26. pro Plan. Cic. Certe hoc maius eſt teſtimonium amoris mei, quo maturius tibi, quam cęteris nunciaui. lib. 20.* Tanto maggiore, &c. quanto, &c.

Hoc quod. Hoc quia, pro Eo quod, Eo quia.

2 *Hoc quod, & Hoc quia, pro Eo quod, Eo quia*

quia eleganter vſurpantur, cum intercedit comparatiuum. Cic. Conſilio veſtro vtar libenter, & hoc libentius, quod &c. Att. lib. 9. Id. Hoc vehementius lætor, quod ex ipſo Meſſinio, &c. Pro Flac. Id. Quod hoc etiam admirabilius videri debet, quia cæterarum artium ſtudia, &c. 1. de Orat.

De Aduerbio HINC ἐντεῦθεν. Cap. LXVII.

1 H*Inc propriè de loco dicitur, ſed ad alias res trăsfertur. Cic. Nos autem, hinc Roma qui veneramus, iam non hoſpites, ſed peregrini, & aduenæ numerabamur. 2. Agr.* Di quà da Roma. *Id. Hinc à nobis in cælum profecti reperiuntur. 1. Tuſc. Id. Via, quæ eſt hinc in Indiam. 1. de Fin.* Di quà al l'India.

2 *Hæc inquam propriè dicta. Illa tranſlata. Cic. Hinc omne odium, hinc omnis offenſio. Pro Flac. Id. Hinc ſicæ, hinc venena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur, hinc expilationes, direptionesq́; ſociorum, 2. Off.*

Hinc, & illinc, pro Hinc, & inde.

3 *Hinc, & illinc, pro Hinc inde, eleganter dicitur. Plaut. Hinc, & illinc exhibent mihi negotium. Moſtel.* Di quà, & di là. *Cic. Id fit, cum ſpeculorum leuitas hinc, illincq́; altitudinem aſſumpſit. de Vniu.*

Ad-

Admonitio.

Hinc, & hinc poeticum magis, quam oratorium eſt. Virg. 1. Æn.

Hinc, atque hinc vaſtæ rupes.

Hinc inde, minime vſitata ſunt apud bonos Latinitatis authores.

De Aduerbio HAC ILLAC. Cap. LXVIII.

Hac illac.

1. *Ter.* HAc illac circuncurſa, inueniendum eſt tamen argentum. *Heaut.* Per quà, per là.

Huc illuc.

1 *Cic. Ne forte aut abſim cum veniet, aut curſum huc, illuc deterrima via. Att. lib. 9. Id. Erectum & celſum, huc, atque illuc intueri. 1. de Orat. Illud per tranſlationem. Cic. Pars qua huc, & illuc hominem rapit. 1. Off.* Quà, & là.

Huc, vt, Huccine vt.

2 *Huc propriè [ad hunc locum] ſed interdum per metaphoram vſurpatur. Cic. Rem huc deduxit, vt &c. 2. Catil.* Riduſſe la coſa à termine, che. *Interdum pro [Huc] Huccine] dicimus, cum interrogamus per indignationem. Cic. Huccine omnia reciderunt: vt ciuis Romanus in Prouincia Populi Romani &c. deligatus in foro cęderetur? 7. Ver.*

E' poſ-

E' poſſibile? A queſto termine ſono ridotte le coſe.

Hiccine, Hæccine, Hoccine.

1 *Hiccine, hæccine, hoccine, admirationem fere continent, aut indignationem. Cic. Hiccine eſt Telamon ille, modo quem gloria ad cælum extulit? 3. Tuſc. Id. Hiccine vir patria natus vſquam, niſi in patria morietur? Pro Mil.* Sarà mai queſto. Dunque ſia mai? *Teren. Hoccine credibile eſt, aut memorabile? And.*

De Coniunctione I A M. Cap. LXIX.

Iam, & Iam vero tranſitioni iuncta.

1 *IAm & Iam vero ſæpe tranſitioni ſeruiunt. Cic. Iam quantum conſilio, quantũ dicendi grauitate, & copia valeat. Pro leg. Man. Id. Iam vero ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorũ iniurijs eſſe dicuntur. Ibi.* Hor poi. In oltre.

Iam a, Iam ab, præterito tempori iuncta.

1 *Iam tempori præterito iuncta, ſæpè prepoſitioni A, vel Ab, copulatur. Cic. Iam à prima adoleſcentia delectarunt. lib.* 1. *ep.* 1. *Id. Iam à principio Romani nominis. Pro Bal.* Fin da principio. *Id. Iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obuiam veniſti. lib.* 2. *epiſt.* Fin da quel tempo che.

Iam

Iam cum.

3 *Iam] quoties tempus declarat, Cum, libenter aſciſit. Caſ. Iamque ab eo non longius bidui via aberat, cum duas veniſſe legiones miſſu Cæſaris cognoſcunt.lib.6.de bel.Gal.*

Iam nunc, pro Iam ex hoc tempore.

4 *Iam Nunc][pro [Iam ex hoc tempore]ſeu pro eo,quod barbari dicunt[Ex nunc]elegantiſſimè dicitur. Cic. Quæ cum cogito, iam nunc timeo. 1. Ver.* Fin da hora. *Id. Iam nunc admodum me delectant. Att. lib. 1. ep.5. Id.Iam nunc mente,& cogitatione perſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint.1.Ver.*

Iam tum, pro Iam ex eo tempore.

5 *Iam tum, eſt quod barbari dicunt [ex tūc.]Cic.Qui omnes in Iudicijs publicis iam tum florente Rep. floruerunt. Pro Cluen. Id. Ita ſe iam tum geſſiſſe pro ciue ijs tēporibus, quæ tu criminaris.Pro Arch.* Fin dall'hora.

Iam tum cum.

5 *Iam tum] ſæpè aſſumit Cum. Cic. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viueret, & magnifaciebam, & probabam.lib.13.ep.16. Id.Iactat ea,quæ iam, tum cum aderas, offendere eius animum,intelligebam.lib. 1. epiſt. 9.* Fino da quando tu eri preſente.

Iamdiu præterito tempori iunctum.

7 *Iamdiu plerunque præterito tempori adiungitur.*

gitur. Cic. Nam iam diu propter hyemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. lib.2.ep.13 Id. Conuentus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri deſierunt. Att. lib. 1. Vn tempo fà. Gran tempo è che.

Iam diu præſenti tempore copulatum.

8 *Quoties actio adhuc durat [Iam diu] præſenti tempori iungitur. Cic. Per eos ipſos Deos, de quorum religione iam diu dicimus 7. Ver. Id. Vt te, quam iam diu plurimi facio, tanto interuallo viderem lib.15. Id. Iam diu flagitat. 5. Ver.* E' gran tempo che. *Id. Iam diu hæc tractantur à Græcis. 1. Acad.*

Admonitio.

9 *Iamdiu cum] Eſt, quod [coniungi non ſolet, [Itaque] pro [Iamdiu eſt, quod ſtudet] aut [quod venit] dicendum eſt. [Iam diu ſtudet, Iamdiu venit.* è gran tempo, che ſtudia. è molto, che venne.

Iamdudum, & Iampridem.

10 *Iam dudum] longius ſpatium deſignat, quam [Dudum] & Iampridem [quam] Pridem. [Similiter vt] Iamdiu [Quamdiu.] Atque etiam hæc, item vt [Iamdiu] & ad præſens tempus, & ad præteritum accommodantur. Cic. Quem iam dudũ Cotta & Sulpicius expectant, li.2. de Orat. Id. Ea, quam iamdudum tractabamus, ſtabilitas. de Amic.* Già vn gran pezzo. *Id. Qua miretur, iam pridẽ*

multa

multa habet, nũc etiam quæ laudet expectat. Pro Marc. Id. Cupio equidem, & iampridem cupio. Alexandriam viſere. Att. lib. Id. iampridem intellexiſti voluntatem meam. Att. lib. 11. Id. Nam in me quidem iampridem effectum eſt, quod futurum ſuit. In Orat.

Iam inde A, vel Ab, pro Inde vſque.

11 *Iam inde A, vel Ab [eſt] inde vſque A, vel Ab.] Cic. Iam inde à Conſulatu meo teſtis. 14. Phil. Id. O iura præclara, ac diuinitus iam inde à principio Rom. nominis à maioribus noſtris comparata. Pro Bal. Id. Eſt enim illarum exercitatio elegans, & iam inde ab Ariſtotele inſtituta. 2. de Orat. Id. iam inde à Quæſtura mea Sicilienſi. Att. lib. 13. ep. 19.* Infino dà.

Iam vſque, Iam tandem.

12 *Iam vſque] idem quod [iam inde.] Cic. Vetus opinio eſt iam vſque ab Heroicis ducta temporibus. 1. de Diu.* Fin da' tempi.

13 *Iam tandem] eſt [nunc tandem.] Cic. Reddita mihi iam tandem ſunt à Cæſare litteræ. lib. 14. epiſt. 23.* Pur vna volta.

De Aduerbio IDCIRCO. Cap. LXX.

Idcirco quod, Idcirco quia.

1 I*Dcirco, idem eſt quod [Ideo] ſæpe iungitur cum [Quod] interdum cum [Quia]*

Ac

Ac tum præcedit, tum ſubſequitur. Cic. *Putaret me idcirco diſcedere, quod quoſdam homines oculi mei ferre non poſſint. lib. 9. epiſt. 2.* Id. *Ego quod putabam diſperſos nos, &c. idcirco ad Domitium litteras miſi. Att. lib. 8.* Id. *Idcirco Iud. quia veram cauſam habebam. 1. de Inu.*

Idcirco vt, Idcirco ne.

2 *Alias cum*] *Vt* [*aut*] *Ne.* Cic. *Qui me idcirco putant bene audire velle, vt ille male audiat. lib. 9. epiſt. 1.* Non per altro ſi penſano, ch'io voglia hauer buon nome, ſe non perche egli l'habbia triſto. *Id. Quos idcirco non commemoro: ne de miſerijs meorum neceſſariorum conquerens homines, quos nolo videar offendere. lib. 13. epiſt. 7.*

De Aduerbio IDEO. Cap. LXXI.

Ideo quod. Ideo quia.

1 IDeo] *eandem vim, quam* [*Idcirco*] *& eoſdem vſus habet.* Cic. *Neque vero nunc ideo diſputabo, quod hunc ſtatum Reipub. non magnopere defendendum putem. 2. Agr.* Però ch'io penſi. *Id. Ad te ideo antea rarius ſcripſi, quod non habebam idoneum, cui darem lib. 12. ep. 14. Id. Ideo quia nihil decet inuita Minerua, vt aiunt 1. Off.*

Ideo vt, Ideo ne.

2 *Cic. Ideo Claudius Pulcher retulit, vt C. Verres poſſet auferre?* 4. *Ver.* A queſto fine, accioche. *Id. An ideo aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium ſcriptum videretur?* 3. *Ver.* A queſto fine, perche non pareſſe.

De Pronomine IDEM. Cap. LXXII.

Idem, ac, Idem atque, Idem, & idem vt.

1 IDem *ſæpè cum AC, Atque, & Vt copulatur. Cic. idemq́; valere debet, ac ſi pater iudicare. Pro Syl. Id. Vnum & idem videtur eſſe, atque id quod de me ipſe nominatim tuliſti. Pro Do. Id. Vt eadem ſit vtilitas vniuſcuiuſque, & vniuerſorum* 1. *Off. Id. in eadem ſunt iniuſtitia, vt ſi in ſuam rem aliena conuertant.* 1. *Off.*

Admonitio.

2 *Idem cum] barbarum eſt. Ergo non dices [Idem cum illo. Idem tecum* Idem *cum Franciſco, ſed]* Idem *atque ille.* Idem *actu.* Idem *& Franciſcus.*

Idem qui, quæ, quod.

3 Idem *perſæpe aſſumit Qui, Quæ, Quod, Cic.* Idem *eſt, qui fuit ſemper Verres.* 3. *Ver.* Id. *Non offendes eundem bonorum ſenſum, quem reliquiſti. lib.6.ep.* 14. Id. *Eadem cauſa*

opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. Ibid. Id. Quid enim eſt ſors? idem propemodum, quod micare. 2. de Diu. Id. Apud bonos ÿ dem ſumus, quos reliquiſti. lib. 1. epiſt. 14.

De Aduerbio IDENTIDEM. Cap. LXXIII.

1 I*Dentidem eſt [ſæpius per interualla] aut frequenter. Cic. in motu Identidem reciprocando. 2. de Nat. Deo. Id. Identidem ſe ipſe reuocans. pro Do. Id. Reuoluor identidem in Tuſculanum. Att. lib. 3.* Di volta in volta. Di quando in quando. *Id. Identidem dicitis. 2. de Fin.*

De Aeuerbio ILLICO. Ἀθέως. Cap. LXXIIII.

1 I*Llico dictum quaſi [In loco] ideſt, In eodem loco] vſurpatur pro [Statim. Cic. Ibidem illico puer abs te cum epiſtolis. Attic. lib. 2..... Id. Simulatque increbuit ſuſpicio tumultus; artes illico noſtræ conticeſcunt. Pro Mur. Id. Illicone ad Prætorem ire conuenit? Pro Quinct.*

De

De Præpoſitione IN. Cap. LXXV.

In, ad tempus relata.

1 P*Repoſitio IN, præter vulgatos vſus, alios quoſdam magis reconditos habet.* Cic. *Et ſimul ad cœnam inuitauit in poſterum diem.* 3. *Off.* Per il giorno ſeguente. *Id. Vt in hodiernum diem veſtitus mutetur. Phil.* Per hoggi. *Id. Actio conſtituta in menſem Ianuarium.* 2. *Agr. Id. Habebit Senatus in hunc annum quem ſequatur. Pro Seſt. Id. Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubeat.* 4. *Ver.* D'anno in anno. *Id. Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur in multos annos. Pro Do. Ita [in paucos dies] in multos menſes &c.* Per pochi dì. Per molti meſi.

In dies, In ſingulos dies.

2 *In dies, & in ſingulos Dies ſignificationem eandem habent hoc diſſerunt, quod alterum imminutum eſt, alterum plenum.* Cic. *in dies vitium creſcit. Top.* Creſce alla giornata. *Cic. Creſcit in ſingulos dies hoſtium numerus.* 3. *Catil.* Ogni dì più. *Id. illa in dies ſingulos magis, magisq; opinio confirmatur. lib.* 6. *ep.* 12. Di giorno in giorno.

In diem viuere.

3 *Cic. Si barbarum eſt in diem viuere.* 2. *Off.* Alla giornata. *Id. Iam minime miror*

te cum perditiſſimis latronibus non ſolum de die, ſed etiam in diem viuere.2.Phil.

In poſterum, In perpetuum.

4 *Cic. Videte, ne Cenſoribus in poſterum poteſtatem regiam permittatis.2.Agr.* Per l'auuenire. I*d. Defectiones Solis, & Lunæ cognita, prædictaq; in omne poſterum tempus.2. de Diu.* I*d.* I*dcirco tibi amicum in perpetuum fore putaſti.3. in Ver.* Per ſempre.

In Diſtributioni ſeruiens.

5 I*n ſæpe diſtributioni ſeruit. Liu. Quòd precium in capita ſtatuiſſent.lib.3*1. Per hauer meſſo la taſſa vn tanto per teſta. I*d. Singulis in militem tunicis imperatis, lib....* *Cic. Deſcribebat Cenſores binos in ſingulas Ciuitates.4.Ver.* Due Cenſori per Città. I*d. Vt in ſingulas Colonias ciues Romanos facere poſſet. Pro Bal.*

6 *Huc reuocanda ſunt illa, quæ ad precium pertinent. Cic. Pro. Frumento in medios ſingulos, duodenos ſeſtertios exegiſſe.5.Ver. Id. Titurius quaternos denarios in ſingulas vini amphoras partorij nomine exegit. Pro Font.* Quattro giulij per anfora. I*d. is ternis nummis in pedem tranſegiſſe dicebat. Ad Q.Fr. lib.3.*

In modum.

7 I*n modum] Elegantes, ac varios vſus habet. Plau. Exornetur in peregrinum modum. Trin.* In modo, A foggia pellegrina. *Cic. Seruilē in modum cruciari.2.Ver.* A modo,

Ad vſanza di ſeruo. *Id. Miſerandum in modum necari. De Prou.Conſ.* In vn modo miſerabile. *Id. Hoſtilem in modum cruciari, necarique. 7. Ver. Liu. Vaticinantis in modum cecinit. lib.* 1. Ad vſo di chi profetiza. *Cic. Miſerandum in modum iratus eſt. Att. lib. 2. Id. Mirandum in modum gaudeo. lib. 15. epiſt. 9. Item* [*Mirum in modum. Mirabilem in modum*. Marauiglioſamente, A marauiglia.

In hanc, in eam, in eandem ſententiam.

8 *Cic. Hoc idem ſignificat Græcus ille ſcriptus in hanc ſententiam verſus, de Diu. Id. Hæc & in eam ſententiam cum multa dixiſſet, Att. lib. 2.* in queſto propoſito di ſimil tenore.

In ſpeciem.

9 *In ſpeciem,*] *Cic. Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops, & infirma, &c. 7. Ver.* in viſta, in apparenza. *Liu. Ducentes paucos in ſpeciem captiuos, lib. 30. Id. Nec precibus Tribunorum, quæ in ſpeciem modo iactentur, ſed auxilio confidere reum lib. 4. Id. Tenui vulnere in ſpeciem. lib. 38. Id. Dilataq; in ſpeciem actione, re ipſa ſublata, lib. 3.*

In manus ſumere.

10 *Cic. Iſte vnumquodque vas in manus ſumere. Ver. 6. Id. Procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur. Pro Planc.* Non ſi piglia in mano.

In manu tenere.

11 *Cic. Cum Licinius pixidem teneret in manu. Pro Cluen. Id. Cum pene in manu mortiferum illud poculum teneret.* 1. *Tuſc.* Tenendo in mano.

In manibus eſſe.

12 *In manibus eſſe]per tranſlationem multa ſignificat. Cic. Res eſt in manibus. Att. lib. 6. ideſt, Iam agitur. Liu. Cum tantum belli in manibus eſſet.lib.*4. Hauendoſi per le mani. *Cic. De libris Oratorijs factum eſt à me diligenter, diu multumq́; in manibus fuerunt. Att.lib.*4. *ideſt,expoliti ſunt.Id.Sed & audiuiſtis, & eſt in manibus oratio. de Am. ideſt, Vulgo habetur*. Và in volta. Và per le mani. *Id.Libelli nominum veſtrorum in manibus erant omnium.* 2.*Ver.* Andauano per le mani di tutti. *Liu.Victoria eſt in manibus, lib.* 35. Si tien ſicura. Si tien in mano.

In manibus habere.

13 *Cic. Quam nunc ſpem habeat in manibus.* 2. *Ver.* Habbia per le mani. Tenga per ſicura. *Id.Ex ijs libris, quos in manibus habeo.Att.lib.*14.*Id.Omiſi ea,quæ in manibus habebam:quod iuſſeras,edolaui. Att.lib.* 13.*Id.Philoſophi quancunque rem habent in manibus, in eam quæ conueniunt, congerunt omnia.*5.*Tuſc.*

In

In orbem. Pro per vices.

14 *Liu. Sena hora in orbem operi attributa ſunt. lib.* 5. Sei hore per vno. *Id. Decem imperitabant, vnus cum inſignibus imperij, & lictoribus erat: quinque diebus finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat. lib.* 1. In circolo.

De Aduerbijs INDE, & INDIDEM. Cap. LXXVI.

Inde, pro Deinde.

1 SÆpè [*Inde*] *ponitur pro* [*Deinde.*] *Liu. Agrippa inde Tiberini filius, lib.* 1. *Cic. Deinceps inde multi. in Brut.* Molti di poi l'vn dopò l'altro per ordine. *Id. Quid tum inde? Pro Mur.*

Inde, ad tempus relatum.

2 *Nec ad locum ſolum, ſed etiam ad tempus refertur. Cic. Iam inde à principio huius imperij. de Prou. Conſ.* In fin dal principio. *Id. Iam inde ab ortu.* 2. *de Nat. Deo. Id. Quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, &c. inde vſque repetens. pro Arch.*

Inde, vnde.

3 *Inde vnde*] *& ad locum, & ad alia per tranſlationem accommodatur. Cic. Nec inde venit, vnde mallem. lib.* 13. *ep.* 39. *Id. Si inde incipimus narrare, vnde neceſſe erit.* 1. *de Inu.*

Id. Si vnde neceſſe erit, inde initium ſumetur. Ibid.

Indidem, ex eodem loco.

4 *Indidem eſt, ex eodem loco, Cic. Quos homines indidem Ameria, an hoſce ex vrbe ſicarios? Pro Roſc. Am.* Dall'iſteſſo paeſe di Ameria. *Id. Indidemq; eadem quæ oriuntur de integro, atque eodem occidunt. 1. de Diu.*

Vnde, indidem.

5 *Cic. Vnde ſimile duci poteſt, indidem verbum tranſlatum lumen afferet orationi. 3. de Orat.*

De Aduerbio INIBI. Cap. LXXVII.

1 INibi, *ex [in & ibi] factum eſt, in eodem loco. Cic. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit, ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur. 2. Agr.*

De Aduerbio INFRA. Cap. LXXVIII.

1 INfra *contrarium habet [Supra.] Cic. Supra Lunam ſunt omnia æterna, infra autem nihil eſt, niſi mortale. lib. 6. de Rep. Id. Et quidem ſupra me Atticus, infra*

me

me Verrius familiares tui. Att. lib. 9. epiſt. 6. Sotto di me. *Id. Ipſe ad amare infra oppidum expectabat. 6. Ver. Id. Non his ſolum locus eſt, ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos. in* Orat. *Id. Non modo ex numero viuorum exturbatur, ſed ſi fieri poteſt, etiam infra mortuos amãdatur. Pro Quinct.* Sotto à morti.

Infra ſe iudicare, ducere, arbitrari.

2 *Illa tranſlata. Cic. Vt omnia quę homini accidant, infra ſe eſſe iudicet. 3. Tuſc. Id. Infra ſe humana omnia ducens. 5. de Fin. Id. Humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari. 2. Tuſc.* Sotto di ſe.

Infra pro Poſt.

3 *Interdum pro Poſt vſurpatur. Cic. Homerus non infra ſuperiorem Lycurgum fuit. in Brut.* Non fù dopò Licurgo il maggiore.

De Aduerbio INTERIM, & INTEREA. Cap. LXXIX.

1 I*Nterim & Interea] vim habent eandem, ſed [interim] fere abſolute ponitur. Cic. Interim Varus Vticam venit. Pro Lig. Id. Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit, 2. de Orat.*

Raro (Dum) aſciſcit. Cęſ. Interim dum de conuentionibus inter ſe agunt. lib. 5. de bel. Gal. Fra tanto, mentre che.

Interea dum, Interea quoad.

2 *Interea*] *ſæpè quidem abſolute ponitur, frequentius tamen quam* [*Interim*] *aßumit* [*Dum*] *Cic. Interea dum tu abes, qui dies ille Collegæ tui?* 2. *Phil. Id. Interea tamen dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur.* 2. *de Orat. Cæſ. Interea manerent induciæ, dum ab illo rediri poßet, lib.* 3. *de bel. Ciu.*

3 *Interdum,* [*Dum*] *antecedit. Cic. Hæc dum Romæ geruntur. Quinctius interea. Pro Quin.*

4 *Nonnunquam pro* [*Dum*] *reponitur*] *Quoad*] *Cæſ. interea quoad fides eßet data; Cæſarem facturum, quæ polliceretur. lib.* 1. *de bel. ciu.*

De Præpoſitione INTRA. Cap. LXXX.

1 *INtra*] *contrarium habet* [*Extra*] *ac ſæpe ſtatum in loco declarat. Cic. intra cælum geniti Dij. De Vniu. Id. Quod facile fuiſſet: niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur. Att. lib.* 3. *ep.* 14. *Id. Cum tantum inſideat intra vrbem mali, ad Brut. lib.... ep.*

2 *Alias motum ad locum. Cic. Qui regionibus excluſi, intra præſidia, atque intra arma aliena veniſſent. Att. lib.* 8. *ep.* 36. *Id. Artis eſt noſſe regiones intra quas venire debeas, vt peruestiges, quod quæras.* 2. *de Or.*

Ad-

Admonitio.

3 *Quoties* Intus, *vel* Intro *ſignificandum eſt, ſi caſus accedat* [*intra, dici oportet, quia* [*intus*] *&* [*intro*] *cum aduerbia ſint, caſum non admittunt.*

Intra, pro Citra.

4 *Sępè intra vſurpatur pro Citra.* Cic. *Antiochus intra montem Taurum regnare iuſſus eſt.* *Pro Sext.* Di quà dal monte Tauro. Id. *Locus iam intra Oceanum nullus eſt, quo &c.* 1 *Ver.* Id. *Nullam intra Oceani oſtium, prędonum nauim eſſe audiatis.* *Pro Leg. Man.* Dall ſtretto di Gibilterra in quà, cioè in tutto'l mare Mediterraneo.

5 *Illa per tranſlationem dicta.* Cic. *Epulamur non modo, non contra legem, ſed etiam intra legem. lib. 9. epiſt. 26. ideſt, intra fines legis.* Id. *Modice hoc faciam, aut etiam intra modum, lib. 4. epiſt. 13.* Peccherò più toſto nel meno, che nel più.

6 *Interdum ad tempus accommodatur.* Cic. *Quæ intra decem annos poſteaquam iudicia ad Senatum tranſlata in rebus iudicandis, nefarie, flagitioſéq; facta ſunt.* 2. *Ver.* Da dieci anni in quà. Dentro lo ſpatio di dieci anni.

De Pronomine IPSE. Cap. LXXXI.

Me ipſe,& Mihi ipſe,pro me ipſum, Mihi ipſi, &c.

1 *Ipſe] quamuis antecedat [Me] aut [Mihi] Te] aut [Tibi] Se] aut [Sibi] eleganter in recto offerri ſolet. Cic. Frangerem iam ipſe me lib.4. ep. Id. Non ita abundo ingenio, vt te conſoler, cum ipſe me non poſſim. lib.4. ep.8. Id. Agam per me ipſe, & moliar. lib.6. ep. 10. Id. Quanti me à te fieri intellexerim ſum mihi ipſe teſtis. ibid.* A me ſteſſo. *Terent. Iudicio de ipſe erit. Adel. Prol. Cic. Nihil audacter per ſe ipſi, ſine P. Sylla facere potuerunt. Pro Syl. ideſt [per ſe ipſos.]* Da ſe ſteſſi.

Ipſe pro omnino.

2 *Ipſe] interdum vſurpatur pro [Omnino.] Cic. Triginta dies erant ipſi, cum dabam has litteras, per quos nullas a vobis acceperam. Att. lib.3.* Trenta giorni à punto. *Id. Mortuus eſt annis octoginta tribus ipſis ante me Conſulem. in Brut.* Ottanta tre anni intieri.

De Pronomine I S.
Cap. LXXXII.

Is, pro Hic, vel Ille.

1 IS] *ſæpe vſurpatur pro* [*Hic*] *vel* [*Ille.*] *Cic. Polemarchus eſt Murgentinus, vir bonus, atque honeſtus*, Is *cum, &c.* 5. *Ver.* Queſti. *Id. Eius auditor Strato,is qui Phyſicus appellatur.* 1. *de Nat. Deor. Id. Quorum princeps Socrates fuit, is qui, &c.* 3. *de* Or. Quello,il quale.

Is,poſt pronomen Qui.

2 *Sepe, Is, poſt Pronomen* [*Qui*] *collocatur. Cic. Nihil turpius, quam quod, qui Magiſter equitum fuiſſ tibi viderere, is per municipia, &c.* 2. *Phil.* Colui il quale.

Is qui, pro Talis qualis.

3 *Is qui*] *pro* [*Talis qualis*] *eleganter ponitur. Cic. Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis. Att. lib. Id. Quod ſi eßem ea perfidia, qua ſunt ij, qui in nos hęc conferunt. lib.* 3. *ep.* 10. *Id. Si ij nos ſumus, qui eſſe debemus. lib.* 15. *ep.* 19. Tali,quali.

Is vt, Is qui, pro Talis.

4 *Is vt, Is qui*] *pro*[*Talis vt*]*ſepiſſime vſurpantur. Cic. Nec tamē is ſum, vt mea me maxima delectent. ad Brut. ep.* 9. Tale,che. *Id. Is enim tu vir es, & eū me eße cupio, vt &c. lib.* 3. *epiſt. Id. Ea perturbatio eſt omnium temporum, vt ſuę quenque fortunę maxime*

pœni-

pœniteat. lib. 6. ep. 1. I*d. is ego ſum, cui vel maximè concedant omnes, lib.* 1*.ep.*6. *&* 8. *& lib.* 10*.ep.*8. Io ſon tale, al quale.

Is quaſi, pro Is vt Si.

5 *Cic. Proinde eo animo te velim eſſe: quaſi mei negotij cauſa in iſta loca miſſus eſſes. Att. lib.* 1*. ep.* 8. Come ſe. I*d. Me autem eum, & offendens erga te, & audies: quaſi mihi, ſi quę parta erunt, non modo te præſente, ſed per te parta ſint.* I*bid.*

Id ætatis, pro Ea ætate.

6 I*d ætatis*] *eleganter vſurpatur pro* [*Eа ętate*] *& accommodatur tum ad ſenes, tum ad pueros, vel adoleſcentulos. Cic. Si hominem id ętatis, in tam longo ſermone tenuiſſet. Att. lib.*4*. ep.* I*d. Quoniam id nobis Antoni, hominibus id ętatis, oneris imponitur.* 1*. de Orat.* Perſone di tal'età. I*d. Se in balneis cum id ętatis filio fuiſſe. Pro Cluen.* I*d. Duo filij id ętatis. Pro Roſc. Am.*

7 *Aſciſcit interdum* [*Vt*] I*d.* I*d ætatis iam ſumus, vt omnia, &c. fortiter ferre debeamus. lib.*6*.ep.*21. Siam' già in tal età, che, &c.

Id temporis, pro Id tempus, vel Eo tempore.

8 *Cic. Sed nunc quidem, quoniam id temporis eſt, ſurgendum cenſeo.* 2*. de* Ora. Poiche l'hora è tale. I*d. Deinde profectus eſt id temporis, cum iam Clodius (ſi quidem eo die Romam venturus erat) redire potuiſſet. Pro Mil.* I*d. Maximè quod is locus ab omni turba id tem-*

temporis vacuus eſſet. 5. de Fin. Id. Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus eßet. Att. lib. 13. ep. Et poi à tal'hora, che &c.

De Pronomine ISTE. Coteſto. Cap. LXXXIII.

1 ISte, *propriè ad ſecundam perſonam pertinet, vt, Hic ad primam,* Itaque *(iſte) dicitur qui ad te ſpectat, ve (hic) qui ad me. Cic. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantum virum, &c. 2. Phi.* Coteſto. *Id. Vt mihi verba deeſſent nec ſolum iſta veſtra Oratoria. lib. 2. ep.* Coteſte voſtre.

ISTE, Contemnentis.

2 *Ponitur autem ſepè hoc pronomen in rebus, quas contemnimus, tanquam alienis à nobis, Cic. Lex, quam iſte tulerat, Pro Dom.* Coſtui. *Id. Ita ex iſta vita diſcedo, tanquam ex hoſpitio. de Sen. Id. Pecudum greges diliguntur iſto modo. lib. 1. de Nat. Deo.* A queſto modo.

Iſtius modi, pro Tale.

3 I*ſtius modi] quoque contemptum fere continet. Cic. Perfacile vero apud iſtius modi Pretorẽ, qui, &c. 3. Ver. Id. Malitioſe neceſſe erit iſtius modi rationi aliquo conſilio obſiſtere. 2. Ver. Id. Addux ßem huc Greculum aliquem,*

quem, qui nos iſtius modi diſputationibus oblectaret. I. *de* Or. Sì fatte.

Iſthæc, iſthuc, pro iſta, & iſtud.

4 *Iſthęc pro* [*iſta*] *&* [*iſtuc*] *pro* [*iſtud*] *Tulliana ſunt. Cic. Si ille circum iſthac loca commorabitur. Att. Id. Primum tibi perſuade, me iſthuc non curare. Att. lib.* 12. *Id. iſthuc quidem conſiderabo.* 1. *Acad. Id.* [*Quo die vadimonium iſtuc factum eſſe dicis. Pro Quinct. Id. Præcipitare iſtuc quidem eſt, non deſcendere. lib.* 1. *de Nat. Deo.* Coteſto è vn precipitarſi.

De coniunctione I T A. Cap. LXXXIV.

Ita pro Adeo, aut Valde.

1 ITa *ſæpè vſurpatur pro* [*Adeo*] *Cic. Dij te perdant fugitiue, ita non modo nequam, & improbus, ſed & fatuus, & amens es. Pro Deiot.* Talmente. *Id. Rarus inceſſus, nec ita longus. In Orat. Id. Simulacra præclara, ſed non ita antiqua.* 6. *Ver.* Non molto antiche. *Id. Nec ita multum prouectus, reiectus Auſtro ſum in eum ipſum locum, vnde conſcenderam.* 1. *Phil. Id. Non ita multis ſunt. in Brut. Id. Tardius non ita multum tecum fuit.* 4. *Ver.* Non ſtette troppo. *Id. Quorum quanta mens ſit; difficile eſt æſtimare, ita multa meminerit.* 1. *de Nat. Deor.*

Id.

Id. Fimbria non ita ſe diù iactare potuit. in Bruſ. Id. Non ita lato interiecto mari. in Ora. Id. Hoc tibi non ita decorum eſt. 2. *Acad.* Non ti ſtà molto bene.

Ita pro itaque, ſiue, Atque ita.

2 *Aliâs pro* [*itaque.*] *Ita nobiliſſima Ciuitas Grecię, & olim potentiſſima, ſepulchrum ciuis ſui ignoraſſet, niſi &c.* 5. *Tuſc.* Et così. *Id. Ita ſi, vt ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogat. Pro Quinct.*

Ita, iurantis.

3 *Interdum in iureiurando vſurpatur. Ter. Ita me Dij ament, honeſtus eſt. Eun.* Se Dio m'aiuti. *Cic. Ita viuam, vt maximos ſumptus facio. Att. lib.* 5. *Id. Ita mihi Deos omnes propitios eſſe velim, vt &c.* 1. *Ver.* Così Dio m'aiuti.

Ita vt, ita vt ſi, pro Adeo vt, Adeo vt ſi.

4 *Cic. Ita ſum afflictus, vt nemo vnquam. Att. lib.* 2. *ep.* 42. *Id. Mihi moleſtiſſimis temporibus, ita beneuole, fideliter'q; preſto fuit, vt ſi eſſet à me manumiſſus. lib.* 13. *ep.* 21.

Ita quaſi, vel tanquam.

5 *Cic. Ita mecum locutus eſt, quaſi non dubium bellum habeamus, li.* 7. *ep.* 4. Non altrimenti, che ſe: Come ſe. *Id. Quaſi dom-*

num-

nummos haberet, ita conſtituit Scapulis ſe daturum. Pro Quinct. Id. Neque enim ita ſe geſſit in his rebus, tanquam rationem aliquãdo eſſet redditurus. 6. Ver.

Ita quemadmodum, vel quomodo.

6 *Cic. Ita certè euenit quemadmodum ſit futúrum, de Fat. Id. Quare facies, vt ita ſit in libro, quemadmodum fuit. Att. lib. 13. ep. 20. Id. Neque me tantummodo Conſulem ſed ita feciſtis, quo modo pauci nobiles in hac Ciuitate Conſules facti ſunt. 2. Agr.*

Ita ſi, pro Hac conditione, ſi.

7 *Cic. ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit ſi ius ſuum retinet. de Sen.* Con queſto ſe: Talmente ſe. *Id. Nam hoc ipſum ita iuſtus eſt, ſi eſt voluntarium. 1. Off. Id. Crebris litteris nos appellato, atque ita, ſi idem fiet à nobis. lib. 15. ep. 20. Id. Sed ita, ſi redeam. Att. 16.* Con queſto patto? *Id. ita, etiam ſi ædificaturus eſſes. lib. 13. ep.* Con tutto che.

Ita, ne, vt ne, vt non.

8 *Teren. Ita tu, iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas. Heaut. Cic. Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. lib. 16. epiſt. 9. Id. Cum quidem biduum ita ieiunus eßem; vt ne aquam quidem guſtarem, lib. 7. epiſt. 26. Id. Nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit. 2. Off.* Di modo che.

Ita

Ita ne, Ita ne vero.

9 *Ita ne* [*Ita ne vero*] *vrgentis ſunt, aut etiam ſtomachantis. Cic. Itane cenſes?* 2. *de Diuin. Id. itane ſi quis ex ſua re,&c. Ibid. Id. Itane vero? ego iniuſtus, qui,& Conſul rogaui,& Augur, & auſpicato?* 2. *de Nat. Deor. Id. Ita ne vero, tu tua pericula communi periculo defendes?* 7. *Ver.* Così eh? A queſto modo? Così ſi fà eh?

De Aduerb. ITEM, & ITIDEM. Cap. LXXXV.

1 ITem *eſt* [*Similiter*] *Cic. Litteræ iſti mittuntur à patre vehementes, ab amicis item.* 5. *Ver.* Da gli amici ſimilmente. *Id. Solis defectiones, item Lunæ prædicuntur.* 2. *de Di. Id. Romulus Augur cum fratre item Augure, in Brut. Id. itaque ex me quærunt, credo item ex hoc Scæuola. de Amic.* Parimente.

Item, vt item vti, Item, atque.

2 *Item*] *ſæpe cum* [*Vt, Vti, Atque*] *coniungitur. Cic. ita fit, vt non item in oratione, vt in verſu numerus extet. In Orat. Id. Feciſti item vti prædones ſolent, qui,&c.* 6. *Ver.* Hai fatto à punto, come i Corſari.

Item, quam Item, quemadmodum.

3 *Raro cum*[*Quam*]*&*[*Quemadmodum*] *iungitur. Cic. Id. Erat quondã quaſi neceſſe,* *nunc*

nunc quoquomodo ſe res habet, non eſt item, quam dudum. lib. 14. *ep.* 12. Non è tanto, quanto poco fà. *Id. Cauſa componitur: vt item Palaſtritæ ridentes peterent ab Epicrate hæreditatem, quemadmodum Palaſtritæ Syracuſani ab Heraclio petiſſet. Ver.* 4. All'iſteſſo modo, che.

Vt,item: Sicut,item:pro ita.

4 *Interdum*[*item*]*poſtponitur. Cic. Vt enim in ſenſibus,item faciunt de reliquis.* 1. *Acad. Id. Sicut in foro bonos Oratores,item in theatro actores malos perpeti.* 1. *de Orat.* Così ancora.

Non,item.

5 *Item*] *cum negatione ſæpè in extremam conijcitur clauſulam: vt res, quæ conferuntur, diuerſas eſſe appareat. Cic. Nam omnium magnarum artium, ſicut arborum, altitudines, delectant, radices, ſtirpeſq; non item. In Orat. Id. Sic illi in morbum, & incidunt tardius, & recreantur ocyus: hebetes non item.* 4. *Tuſcu. Id. Spectaculum tibi vt i iucundum cæteris non item. Att. lib.* 1. A gli altri nò.

Itidem.

6 *Itidem, eſt* [*Similiter*] *ideſt* [*Eodem modo. Cic. Temperantia in rebus incommodis eſt itidem duplex. Part.* Similmente. *Id. Vinctus itidem a filio Saturnus.* 3. *de Nat. Deor. Id. Ea, quæ mouent ſenſus, itidem mouent ſenſus omnium.* 2. *de Diu.* Nell'iſteſſo modo.

Iti-

Itidem, & itidem vt.

7 *Aſciſcit autem interdum coniunctionem* ET, *alias* VT. *Cic. Quia nunc itidem ab eodem, & à cæteris Dijs immortalibus ſunt ducenda primordia 2. de Leg. Ter.* Itidem mulieres ſunt ferme, vt pueri, leui ſententia. *Hecyr.* Parimente come.

De Aduerbio ITERVM. Cap. LXXXVI.

Iterum, pro Secundo.

1 ITerum *pro* [*Secundo*] *eleganter ponitur. Cic. Flaminius Conſul iterum. Att. li.* 4. *Id. L. Saturnius iterum Tribunus. Pro Seſt. Id. Liuianæ fabulæ vix dignæ, quæ iterum legantur. In Brut.* La ſeconda volta.

Semel iterum: Semel atque iterum: Semel aut iterum.

2 *Alias aſciſcit* [*iterum.*] *Cic. Duobus pretijs vnum, & idem frumentum vendidiſti, ſemel ciuitatibus, iterum populo Rom.* 5. *Ver. Id. Audierat ex illo ſe à me bis ſalutem accepiſſe, ſemel ſeparatim, iterum cum vniuerſis. Pro Do.* Vna volta da per ſe, vn'altra inſieme con tutti. *Id. Vt re ſemel atque iterum præiudicata condemnatus in iudicium venerit. Pro Cluent.* Vna, & due volte. *Id. Antiſtius, & Piſo ſæpè dicebant, minus*

ſæpè Pomponius, raro Carbo, ſemel, aut iterum Philippus in Brut. Vna, ò due volte.

Iterum ac tertium, Iterum ac tertio.

3 *Aſſumit autem vel*] *Tertium, vel Tertio. Cic. Primum quidem decipi incommodũ eſt, iterum ſtultum, tertium turpe lib. 1. de Inu. Cic. Nemo eſt, quin ſæpè iactans, Venerium aliquando iaciat. 2. de Diuinat.*

4 *Nonnunquam etiam* [*Iterum ac tertio*] *2. de Diu. 3. Id. Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit. Pro Deiot. Id. Iterum, ac tertio nominaui. Pro Roſc. Am.* Due, e tre volte.

Iterum ac ſæpius.

5 *Nonnunquam additur* [*Sæpius.*] *Cic. Id. Vt re experiatur, iterum ac ſæpius te rogat. Att. lib. 13. epiſt. 42. Id. Teſtis eſt iterum, ac ſæpius Italia, quæ, &c. Pro leg. Man. Id. Semel atque iterum, ac ſæpius. Pro Font.* Vna, due, & più volte.

De Præpoſitione IVXTA. Cap. LXXXVII.

1 *Iuxta eſt* [*Apud.*] *Cic. Sepultus eſt iuxta viam Appiam ad quintum lapidem. Ad Att. Virg.* Furiarum maxima iuxta Accubat. *lib. 6. Æneid.*

Iuxta pro Æque.

2 *Sæpè vſurpatur pro* [*Æque.*] *Saluſt. iuxta boni, maliq; obtruncati ſunt. Iugurt. Id. Plebi,*

Pa-

Patribuſq; iuxta charus. Ibid. Id. Ciues, hoſteſq; iuxta metuere. Ibid. Plinius. A fęminis iuxta, viriſq; geſtarentur. lib. 9. c. 35. & 41.
Tanto dalle donne quanto da gli huomini.

Admonitio.

3 *Hæc familiaria ſunt Hectoricis, Oratoribus non item. Qui [Æque] libentius, quam [iuxta] vſurpare ſolent. lege Æque.*

Iuxta ac, Iuxta atque.

4 *Iuxta ac, iuxta atque] itidem hiſtorica ferme ſunt. Liu. Abſentiũ bona, iuxta atque interemptorum diuiſa fuerunt. lib. 2. Id. Trucidant inermes iuxta, atque armatos. Ibid.*
Così diſarmati, come gli armati.

Admonitio.

5 *Quod minus veriſimile, aut vſitatum eſt; id antecedere ſolet. Liu. Et ſe iuxta hyeme, atque æſtate bella gerere poſſe. lib. 5.*

Iuxta ac ſi.

6 *Iuxta ac ſi] Ciceronianum eſt. Cic. Tum reliquis officijs iuxta, ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentauit poſt red. in Sen. ideſt, Non ſecus ac ſi.* Come ſe mi foſſe fratello.

Iuxta cum.

7 *Iuxta] interdum aſſumit [Cum] apud Hiſtoricos, & Poetas, Salluſt. Quo in loco res noſtræ ſint: iuxta mecum omnes intelligitis. Catil. ideſt [æque ac ego]* quanto, me. *Plaut. Iuxta mecum rem tenes. Aul. Id. Iuxta tecum, ſi tu neſcis, neſcio. Perſa.*

Iuxta,

Iuxta, pro Secundum, vel Poſt.

7 *Iuxta pro [Secundum] hiſtoricum itidem eſt. Tac. Iuxta Deos in tua manu eſt. lib.5. Id. Iuxta libertatem paucorum dominatio regia, ibid. propior eſt. Ibi.* Conforme.

De Aduerbio LICET. Cap. LXXXVIII.

1 *Licet pro [Et ſi] rarum eſt. Cic. Licet tibi vt ſcribis, ſignificaram, vt ad me venires. Si dona, tamen intelligo, &c. Att. lib.3. ep.12. Id. Veritas licet in cauſis nullum patronum, aut defenſorem obtineat; tamen per ſe ipſa defenditur. In Vatin.*

Admonitio.

2 *Quoties ſequitur [tamen] ſatius eſt vſurpare [Et ſi] Tametſi [Quanquam,] Nam [Licet] hac ſignificatione, vt diximus, rarum eſt, niſi cum conceſſioni ſeruit.*

Licet, Abſolute poſitum.

3 *Licet ſæpiſſime abſolutè ponitur, & ſeruit conceſſioni. Cic. Sed omnia licet concurrant, idus Martiæ conſolantur. Att. lib.14. ep.4.* Se ben rinouaſſe il mondo. *Id. Quantumuis licet excellas. de Am.* Per molto eminente che tu ſia. *Id. Ex qua licet, pauca deguſtes. Att. lib.1.* Tu puoi pigliarne vn ſaggio, ch'io mi contento. *Id. Vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem meo iudicio illi defuiſſe.*

Att.

Att. lib. 5. Lo puoi ben dire à lui ſteſſo. *Id. Proinde iſti faciant licet, quos volent, Conſules. Att. lib. 2. ep.* 24. Facciano pure. *Id. Quantumuis enumeres multos licet, nullos tamen &c. de Leg.* Per molti che tu ne conti. *Id. Quam volumus licet P.C. ipſi nos amemus, tamẽ nec numero, Hiſpanos, &c. de Ar. reſp.* Amiamoci pur quanto vogliamo.

Licet per me; Per te; per illum, &c.

4 *Sæpe adijcitur [per me] per te [per illum] & alia eiuſmodi. Cic. Per me vel ſtertas licet (inquit Carneades) non modo quieſcas. 2. Acad.* Tu puoi ben per mio conto anco ronfare. *Id. per me appellet Oratorem licet. 1. de Or.* Chiamilo Oratore, ch'io me ne contento. *Plau. Aſinaria vult eſſe, ſi per vos licet. Aſin. Ter. Sinatis hunc facere, dum per ætatem licet Adel.* Mentre gli è conceſſo per l'età.

Licet, pro Etiamſi.

5 *Nonnunquam Licet, pro [Etiamſi] videtur vſurpari. Cic. Licet omnes in me terrores impẽdeant ſubito. Pro Seſt. Id. licet corpus abeſſet meum, dignitas iam in patriã reuerterat, poſt red. in ſen.* Ancorche, Quantunque.

Licet, cum infinito. pro Poſſumus.

6 *Alias infinito modo iunctum vſurpatur pro [poſſumus.] Cic. Licet ora ipſa cernere iratorum. 1. Offic.* Si può vedere il volto. *Id. Mirari licet, quæ ſint animaduerſa à medicis herbarum genera. 2. de Diu.* E coſa di

F ma-

marauiglia. *Id. Videre licet natione quaſdam. lib. de Diu.*

Admonitio.

7 *Cicero pro] videre eſt [Intelligere eſt] quæ poetica, aut hiſtorica ſunt, dicere ſolet Videre licet [intelligi licet.]*

De Aduerbio LONGE. Cap. LXXXIX.

Longe, pro Procul.

1 Longe] *proprie eſt [Procul.] Cic. Longe abſum: audio ſero, lib. 2. ep. Id. iſti Nouij quam longe ſint neſcio. Ad Qu. Fr. lib. 3. Tu autem abes longe gentium Att. lib.* Tu ſtai in paeſi lontani. *Id. Longè omninò à Tiberi, ad Caium. Pro Flac. Id. Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus. 2. de Fin.* Per non ir lontano. *Id. Epicrates longe mihi obuiam proceſſit. 4. Ver. Id. Vt nos longe proſpicere oporteat futuros caſus rep. de Amic.* Molto auanti.

Longe, lateque.

2 *Longe, lateque] aſſumuntur ad ſignificandam longitudinem, ac latitudinem ſpatij. Cic. Nam Solis candor illuſtrior eſt, quam vllius ignis, quippe qui immenſo mundo tam longe, lateque collucet. 2. de Natur. Deor. Id. ita tãtum bellum, tam diuturnũ, tam longe, lateque diſperſum, pro leg. Man. Id. Qua autem*

tem eſt alia cauſa erroris tam longe, lateque diffuſi, niſi quod. 2. *de Diu.* Tanto ſparſo per ogni verſo.

Longe, pro Valde.

3 *Interdum[Longe]pro[Valdè]aut[Multū] vſurpatur. Cic. Totaq; ea res longe cęteris, & ſtudijs; & artibus antecedat.* 1. *Acad.* Di gran lunga. *Id. O fortunam longe diſparem M. Fontij. Pro Font. Et erat huic iudicio longè diſſimilis illa contentio. Pro Syl.*

Longè, Multumque.

4 *Nonnunquam aſſumit, Multum, ſignificandi gratia. Cic. Quam longè, multumq; preſtet mens, atque ratio.* 5. *de Fin.*

Longè, pro Multo.

5 *Longe, pro[Multo] ſepe vſurpatur, nec raro cum ſuperlatiuo iungitur. Cic. Longè aliter, atq; à me dicta erāt, detulerūt. Pro De.* Molto diuerſamente da quello, *&c. Id. Qđ eſt longè ſecus. Pro Planc. Id. Nam eſt longè aliter in verſibus.* 3. *de Orat. Id. Longè omnium in dicendo, & grauiſſimo, & eloquentiſſimo Platoni.* 1. *de Orat.* Di gran lunga più di tutti. *Id. Vir longè post hominis natos improbiſſimus. In Brut. Id. Hominum longè audaciſſimū nuper habuimus in ciuitate, C. Fimbriā. Pro Roſc. Am.* Huomo audace molto più d'ogni altro. *Id. Actus longè princeps municipij Lucerſis. li.* 12. *ep.* 14. *Id. Longè primus ciuitatis eſt Epicrates.* 4. *Ver. Id. Longè plurimum ingenio valuiſſe videatur. in Brut.*

De Aduerbio MAGIS.
Cap. XC.

Magis quam.

1 *MAgis] plerunque cum [Quam] copulatur. Cic. Magis adeo id facilitate, quam vlla mea culpa contigit. 2. de Orat. Id. Et ſi magis eſt, quod gratuler tibi, quam quod te rogem. Att. lib. 16. Id. Niſi forte magis erit parricida, qui conſularem patrem, quam ſi quis humilem necauerit. Pro Mil.*

Admonitio.

Non temere [Magis] pro [plus] vſurpandum eſt. Magis [enim plerunque ad comparationem pertinet, & Potius ſignificat Plus] autem ſæpe refertur ad magnitudinem, & contrarium habet [Minus,] vt, Plus virium, plus iucunditatis. item plus poſſe, plus efficere, & alia eiuſmodi, quibus locis [Magis] vſurpare non licet. Lege PLVS.

Magis, abſolute poſitum.

2 *Sæpè abſolutè ponitur, ſed ita vt [Quam] ferè intelligatur. Cic. Expecto tuas litteras, te ipſum multo magis. lib. 16. ep. 19. Id. Nihil huc addi poteſt, quo magis virtus ſit. Parad. Id. Magis Ædilis fieri non potuiſſet. Pro Planc. Ideſt, Quam factus eſt. Id. Cum Pompeius ita contendiſſet, vt nunquam magis. libro 1. epiſt.*

Ma-

Magis ſi.

3 *Nonnunquam aſſumit* [*Si.*] *Cic. Tum magis id diceres Fanni, ſi nuper in hortis Scipionis affuiſſes. de Amic. Plau. Magis dicas, ſi ſcias, quod ego ſcio. Mil. Teren. Magis ſi magis noris, putes ita rem eſſe. Heaut.*

Magis, magiſque. Magis, ac magis.

4 *Interdum* [*Magis*] *iteratur rei magis declarandæ gratia. Cic. Sed mihi quotidie magis, magiſq; de ſuis rationibus cogitanti placet lib. epiſt. Id. Quotidie magis, magiſq; perditi homines tectis, templiſq; vrbis minitarentur. 1. Phil. Id. itaque de Græcia quotidie magis, ac magis cogito. At. lib. 14. Id. Quotidie magis, ac magis ſuſpicor te in Epirum profectum. Att. lib.* Ogni giorno più, & più.

Nihilo magis. *Vide* Nihilo.

Magis, cum Minus comparatum.

5 *Aliquando Magis* [*cum*] *Minus comparatur. Cic. Capeſſentibus rempub. nihilominus quam Philoſophis, haud ſcio, an magis etiam deſpicientia adhibenda eſt rerum humanarum. 1. Offic. Teren. Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt naturæ quodammodo ſuſpicioſi. Adel.*

Maxime; iteratum.

1 *Cic. Et eos maxime, qui te maxime debuerunt, & plurimum potuerunt iuuare lib. 1. epiſt.*

Quàm maximè.

2 *Quam maximè, rem plurimum auget. Cic. Dicere quam maximè ad veritatem accommodate.* 1. *de Orat.* Più che ſia poſſibile.

Vel maximè.

3 *Vel maximè, Idem pene quod*] *Quam maximè. Cic. Mihi videtur vel maximè confirmare.* 2. *de Nat. Deo. Id. Quæ quidem vel maximè ſuſpicionem mouent. Part.* Più che altra coſa mai.

Vt cum maximè.

4 *Vt cum maximè*] *ad tempus refertur. Cic. Domus celebratur, vt cum maximè. ad Q. Fr. lib.* 2. Più che mai.

Quam qui maximè.

5 *Quam qui maximè*] *ad perſonam. Cic. Tam ſum amicus Reip. quam qui maximè. lib.* 5. *ep.* Quanto altri mai.

Vt quiſque maximè, ita potiſſimum.

6 *Cic. Vt quiſque maximè opis indigeat, ita ei potiſſimum epitulari.* 1. *Off.* Quanto più alcuno hà biſogno d'aiuto, tanto più aitar lui, che altri.

De Aduerb. MAGNOPERE. Cap. XCI.

1 MAgnopere, *ex* [*Magno*] *&* [*Opere*] *factum, vſurpatur pro* [*Multum*] *aut* [*Valde*] *Cic. Ego cæterarum rerum cauſa tibi*

bi Romam magnopere properandum cenſeo. lib. 15. ep. 14. Id. Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. Pro Roſc. Com. Non troppo mi curo. Non mi dà molto penſiero. *Id. Quid, inquam, magnopere potuit Cleomenes facere, iſtius auaritia nauibus exinanitis? 7. Ver. Id. Philoſophis magnopere author fuit, vt &c. de leg. Id. Magnopere putaui oportere lib. 6. ep.*

MAGNO OPERE.

2 *Interdum hoc aduerbium diuiditur in ea ex quibus conflatur. Cic. Magno opere accerſitus. Att. lib. 13. Id. Magnoque opere abs te peto. lib. 13.* Et ti dimando inſtantemente queſta gratia.

De Aduerbio MALE, & Interiectione MALVM. Cap. XCII.

Male accipere.

1 M*alè accipere eſt [Male tractare] & refertur tum ad verba, tum ad facta. Cic. Malè accipit verbis Rabonium. 3. Ver.* Gli fa vna buona ſgridata. Lo riprende forte. *Id. Epicrates homines multis verbis malè à ſe acceptos dimiſit. 4. Ver. Lentulus Ciceroni, excluſus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando malè acceptus. lib. 12. ep. 14.* Mal trattato.

Male mulctare.

2 *Male mulctare(Idem quod) Pugnis, verberibuſve male accipere.Cic. Addebat etiam ſcriptores illos male mulctatos exiſſe cum Galba. in Brut. Id. Qui primo obſiſtere conarentur, male mulctati clauis, ac fuſtibus repelluntur,6. Ver.* Mal conci.

Male audire .

3 *Male audire] & [Bene audire] fere ad malam, aut bonam famam pertinent: nam cui maledicitur, is male audit: cui benedicitur, audit bene. Cic. Qui me idcirco putant bene audire velle, vt ille male audiat. Att. lib.6. Id. Surdaſter erat M.Craſſus, ſed illud moleſtius, quod male audiebat, & ſi, vt mihi videbatur, iniuria.5.Tuſc.* Non hauea buona fama. Non ſi diceua ben di lui.

Male ſit. Deus malefaciat.

4 *Male ſit(Dij male faciant)male precantis erat. Catul.*

At vobis male ſit malæ tenebræ.

Cic. Male mihi ſit, ſi vnquam quicquam tam enitar, Att.lib.13.Id. Male ſit Antonio, Si quidem Butrhotijs moleſtus eſt. Att. lib. 15. Id. Dij iſti Segulio male faciant, homini nequiſſimo.lib.11. ep.1.Id.

Male narras .

5 *Male narras] eſt [Triſtem nuncium afferſ] Cic. Male narras de illo. Att.lib.*16. Mi dai vna mala nuoua di colui. *Cui opponitur [Narras bene.]*

MA-

MALVM.

6 *Malum] ſæpe interiecto eſt indignantis: Cic. Quæ nam, malum, eſt iſta voluntaria ſeruitus? 1. Phil. Id. Quæ [malum] eſt iſta tanta audacia, atq; amentia. 3. Verr.* Che domin'è.

De Aduerbio MINVS. Cap. XCIII.

Minus, pro Parum, aut Rarius.

2 *MInus ſæpe pro [Parum] vſurpatur. Cic. Id. Si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ ſit, ex diſcordijs percipi poteſt. de Am.* Se non s'intende coſi bene. *Id. Terentia minus belle habuit. Dola. ad Cic. li. 7.* Non s'è ſentita troppo bene. *Cic. L. Cotta minus in Senatum venit. lib. 12. 2.* Non troppo ſpeſſo viene in Senato. *Id. Quodq; minus per ſe quiſque poſſet id acciperet ab alio. de Amic. æſ. Vt & minus latè vagarentur, & minus facile finitimis bellum inferre poſſent. lib. 1. de bel. Gal.* Non sì facilmente.

Minus, pro Non.

3 *Minus interdum pro [Non] ponitur, præſertim cum antecedit [Si.] Cic. Ac nonnunquam quæ prædicta ſunt, minus eueniunt. 1. de Diu.* Non rieſcono troppo. *Id. Si minus necari, at cuſtodiri oportebat. 3. Ver. Lege [Si minus.*

Minus quam, Minus ac, Minus atque.

3 *Minus] aſſumit [Quam] apud Oratores. Interdum [Ac] vel [Atque] apud Poetas. Cic. Si mihi tecum minus eſſet, quam eſt cum tuis omnibus lib. 15. epiſt. 10. Vir.* Haud minus ac iuſſi faciunt. 5. *Æn. Hor.* Qui peccat minus atque ego. *lib. 2. Satyr. 7.*

Nihilo minus, *vide* Nihilo.

Minus, minuſque.

4 *Vt magis, ita Minus iteratur interdum. Teren.* Nam mihi iam minus, minuſque obtemperat. *Heaut.* Tuttauia meno.

MINIME.

5 *Minime plus eſt quam Minus, ſed non penitus negat, ſi vim eius propriam ſpectes. Cic. Sed mihi placebat Pomponius maxime, vel minime diſplicebat. In Brut.* Pochiſſimo. Meno di tutti. *Caeſ. Minimeque ad eos mercatores ſaepe commeant. lib. 1. de bel. Gal. Id. Homo minime ambitioſus, minimeque in rogando moleſtus. lib. 13. ep. 4.* Molto poco. Non molto ambitioſo. *Id. Et ſi in hac quadremi minime multi remiges, & milites deerant. 7. Ver.*

MINIMVM.

2 *Minimum] cum [Maxime] comparatum. Cic. Vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. De Amic.* Quanto manco &c. Tanto più, &c.

Vel

Vel Minimum cum Plurimum comparatum.

2 *Comparatur interdum Minimum cum [plurimum] Cic. Hoc in genere neruorum eſt vel minimum, ſuauitatis autem vel plurimum. In Orat.*

Minimum, pro eo quod minus Latinè dicitur [Vt minimum.

3 *Cic. Ita fiunt omnes partes minimum octoginta vna, de Vniuer.* Almeno. *Id. Non loquor de vno pede extremo. adiungo (quod minimum ſit) proximum ſuperiorem. in Orat.*

De Aduerbijs MIRE, MIRIFICE, & MIRVM. Cap. XCIV.

1 MIre parum vſitatum eſt. *Cic. Puero municipia mire fauent. Att. lib. Pro quo (Mirificè) vſurpatur. Cic. Quas mirificè Plato erat amplexatus. Acad. 2.* Marauiglioſamente. *Id. Ac iam tum erat adoleſcentulus, his ſtudijs mirificè deditus. 1. de Orat. Id. Te mirificè ab eo diligi intelligebam. lib. 1. de Nat. Deo.*

2 *Mirum] & ſi proximam vim habet; tamen ad nomen magis videtur accedere. Cic. Hoc igitur mirum quiddam valet. ibid. Id. per mirum mihi videtur te, &c. lib. 2. de Orat.*

Mirum ſi, Mirum ni.

3 *Mirum] interdum aſſumit [Si, vel Ni.] Cic. Nec mirum, ſi hoc vrbis ridiculum videtur. de Aruſ.reſp. Teren. Mirum, ni tu credas, quæ iſte dicat Eun.* Vorrei ben dire, che ſe tu non credeſſi. *Cic. Quid ploras pater? mirum, ni cantem. 2. de Orat. Ex Poeta.* E marauiglia ch'io non canti.

Mirum quam, Mirum quantum.

4 *Interdum iungitur cum] Quam [aut] Quantum. Cic. Att. Mirum quam inimicus ibat, vt ego obiurgarem. lib. 13. epiſt. Liu. Mirum quantum illi viro hac nuncianti fides fuerit. lib. 1.*

Mirum vnde.

5 *Alias cum Vnde. Cic. Mirum mihi videtur, vnde tu inueneris. De Orat.*

De Aduerbio MODO. Cap. XCV.

Modo, Poco auanti ἄρτι.

1 M*Odo ad tempus relatum non eſt idem, quod Nunc, ſed aliquanto ante. Cic. Quid dico nuper? immo vero modo, atque adeo paulo ante. 6. Ver. Id. In qua vrbe modo gratia, authoritate, & gloria floruimus, in ea nunc ijs quidem omnibus caremus. lib. 4. ep. 13.* Poco fà, Dianzi. *Id. Modo enim fuit Carneades. 5. de Fin.*

Modo, modo, pro Nunc, & nunc.

2 *Modo iteratum ſignificat idẽ quod [Nunc] vel*

vel [Alias] iteratum. Cic. Cotta meus modo hoc, modo illud. 1. de Nat. Deor. Hor queſto, hor quello. *Id. Modo his, modo illis partib. 2. de Nat. Deor. Id. ò Academiam volaticam, modo huc, modo illuc. Att. lib. 15.* Hor quà, hor là. *Id. Quod ſi horum vi cœlum modo hoc, modo illo modo temperatur. 2. de Nat. Deor.*

Modo, pro tantummodo, vel Dummodo.

3 *Interdum] modo [pro Tantummodo, vel Dummodo] vſurpatur. Cic. Hi vnum modo quale ſit, ſuſpicantur. In Orat.* Vno ſolamente. *Ter. modo facito, vt illam ſerues. Adelph. act. 5. 3.* Sol fà in modo, che.

Si modo, pro Si tamen. *Se pure.*

4 *Si modo] interdum eſt [Si tamen] Cic. Contudi enim animum, & fortaſſe vici, ſi modo permanſero. Att. lib. 12.* Se però terrò ſaldo. *Id. Omnia ei obſequia polliceor, ſi modo remp. reſpicere volet lib. 10. epiſt. 11. Id. Si Pompeius paulum modo oſtenderit ſibi placere. lib. 1. epiſt. 5.* Se pure vn tantino.

Modo, pro Dummodo, Modo ne. Modo vt.

5 *Alias eſt] Dummodo, Cic. Concedo, vt impune emerit, modo vt bona ratione emerit. 6. Ver.* Purche. *Id. Quæ placet Peripateticis, & rectè placet, modo ne laudarent iracundiam. 1. Off. Id. modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene meritum. Att. lib. 5. ep. 4.*

epiſt.4. Id. *Quis ignorat? modo vnquam mediocriter iſta ſcire curauerit. Pro Flac.*

Modo cum, Modo vbi.

6 *Plaut. Modo cum dicta in me ingerebas.* Poco fà, quando, &c. *Terent. Dauum modo timere ſenſi, vbi nuptias futuras eſſe audiuit. And.*

De Coniunctione MOX.
Cap. XCVI.

1 MOx] *eſt paulo poſt. Sic enim differunt Modo, Nunc, & Mox, quod* [*Nunc*] *de tempore præſenti dicitur, Modo* [*de eo quod paulo ante anteceſſit. Mox*] *de eo, quod paulo poſt ſequitur. Cic. Verum illa mox, nunc de ipſa exercitatione, quid ſentias, quærimus. 1. de Orat.* Id. *Diſcedo pauliſper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar. 1. de Diu.* Id. *Iuſſitque mihi nunciari mox ſe venturum. Att. Subito.* Poco doppo.

Quam mox, quanto poſt.

1 *Plaut. Quam mox nauigo? Bacch.* Quanto ſtato à nauigare? *Terent. Dum expecto, quam mox veniat. Phorm. Liu. Concione dimiſſa corpora curant intenti, quam mox ſignum detur. lib. 5. Cic. Expecto, quam mox Chœrea hac ratione vtatur. Pro Roſc. Com.* Stò aſpettando, quanto ſtarà.

De Coniunctione, NAM, & NAMQVE. Cap. XCII.

Nam,& Namq. in Anteoccupatione,

1 N*am,& Namque(vt à trito, vulgatoque vſu abeamus)interdum Anteoccupationi ſeruiunt. Cic. Nam Hermagoras quidem, nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur,intelligere videtur.* 1.*de* Inu. Id.*Nam quod me tecum iracunde agere dixiſti ſolere;non eſt ita. vehementer me agere fateor, iracundè nego. Phil.* 8. Id. *Namq; illud quare Scauola negaſti te fuiſſe laturum.* 1.*de Orat. Quibus locis ad ea, quæ aduerſarius obiecerat, vel auditor, lectorve obijcere poterat, reſpondetur.*

Nam, in enumeratione.

2 *Sæpè[Nam] in enumeratione poſtremum locum obtinet,vt ſubijciat,quod requirere poſſet auditor. Cic. Nam quid ego de Gratidio dicam? ad Q.Fr.lib.*1.*epiſt.*1.*Id. Nam quid ego de Cicerone dicam? qui lib.*14.*ep.*1. Hor che dirò io di Cicerone.

Nam, ſubiectum in interrogatione.

3 *Interdum ſubijcitur in interrogatione. Cic. Numquid nam reſtat? Partit. Id. Quinque cohortibus quid nam ſe facturum arbitratur? Att.lib.* Che mai.

De Aduerbio NÆ. Cap. XCVIII.

1 NÆ] *grauiter affirmantis eſt, vſurpatur pro* [*Vero*] *ſed fere pronomini præponitur. Cic. Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem Rhetore congredi conatus ſum.* 1. *de Nat. Deo.* In vero. In fatti. *Id. Scilicet iſta quidem ſumma, næ ego multo libentius emerim diuerſorium Terracinæ. lib.* 7. *epiſt.* Io per me. *Id. Næ tu haud paulo plus delectationis habuiſti, quam quiuis noſtrum. lib.* 7. *epiſt.* 1. Tu per certo. *Id. Næ ille vir ſapiens lætus morietur.* 1. *Tuſc. Id. Næ iſta præclara ſapientia non magno æſtimanda eſt. Ibi. Id. Næ illi vehementer errant.* 2. *Catil.*

Admonitio.

A Plauto, ac Terentio etiam ſine pronomine vſurpatur, à Cicerone non item.

De Aduerbio NE. Cap. XCIX.

Ne, cum Vereor, Timeo, Metuo.

1 VEreor ne] *eſt, Nolim, ſed metuo. Cic. Vereor ne ſubarroganter faciam ſi dixero tuam.* 2. *Acad. Id. Vereor, ne nihil habueris. Att. lib.* 4. *Teren. Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe. And. Cic. Metuebat ſcilicet, ne indicaretur. Pro Mil.* Hauea paura di non eſſere ſcoperto.

Non

Non vereor ne, Non metuo ne.

2 *Non vereor ne] hoc eſt, Nolim: ſed Non timeo. Cic. Non vereor ne quid temere, ne quid ſtulte facias, lib. 2. ep. 11. Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur. 2. Acad.*

Vereor, ne, non, Timeo, ne non.

3 *Vereor, ne non] idem eſt quòd [Vereor, vt] id eſt, Velim, ſed timeo. Cic. Vereor, ne exercitum firmum habere non poſſit. Att. lib. 7. Id. Sed timeo, ne non impetrem. Att. lib. 9.* Lege, Vereor vt.

Non vereor, ne non. Non metuo, ne non.

4 *Non vereor ne non] eſt [Velim, ſed non timeo.] Cic. Non enim vereor, ne non ſcribendo te expleam. lib. 2. epiſt. 1.* Sò certo, che ti ſatierò. *Id. Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio Iudici non probem. 6. Ver.* Son ſicuro, che.

Ne, pro, Vt non.

5 *Ne] pro [Vt non] ſitatius eſt, quam vt exemplis illuſtrandum videatur. Satis eſt admonere pro [Vt non] vſurpandum eſſe [Ne.]*

Vt ne.

6 *Interdum præponitur. [Vt.] Cic. Iuſtitiæ primum munus eſt, vt ne cui quis noceat. 1. Off. Id. Lege [Vt ne.]*

Neue, & Neu.

7 *Neue conflatum eſt ex] Ne [&] Ve [pro Vel] Ex [Neue] factum eſt [Neu] fuga poſtremæ litteræ.*

Ne,

Ne, & Neue.

8 *Caeſ. Ne labori ſuo, neue periculo parceret.* 1. *de Bel. ciu. Cic. Hoc te primum rogo; ne contrahas, ac demittas animum, neue te obrui tanquam fluctu, &c. ſinas. Ad Qu. Fr. lib. 1. epiſt.* 1.

Neu, neu, Neue, neue.

9 *Salluſt. Neu quis poſtea ad Senatum referat, neu cum populo agat. Cati. Cic. Neue aſper eorum concurſus, neue hiulcus ſit.* 3. *de Oratio. Id. Peto à te, vt id à me neue in hoc reo, neue in alio requiras. lib.* 1. *ep.* 9.

Ne multa, Ne multis.

10 *Ne multa.* [*Ne multis*] *ſunt breuitatis notæ in narrationibus. Cic. Ne multa Iud. his contumelijs ſcitote Q. Lollium ad Apronij leges, conditioneſque veniſſe.* 5. *Ver.* Per abbreuiare. *Id. Ne multa: perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe. Pro Cluen. Id. Ne multis Diogenes emitur. Ibi.* In poche parole.

Ne, prohibentis, cum Coniunctiuo.

11 *Ne*] *cum prohibentis eſt, Coniunctiuo, & Imperatiuo modo adiungi ſolet. Plaut. Ne me moneatis, memini ego officium meum. Mil. Idem, Ne doce. Pſeu. Teren.* Ne nega. *And. Cic. Ne cogito quis ſtipem, præter Idææ matris famulos.* 2. *de Leg.*

Admonitio.

12 *Cic. Libentius vſurpat, Noli, & Caue. Cic. Noli putare me quicquam maluiſſe, quam*

quam ; &c. Att. lib. Id. Nolite exiſtimare eos, &c. Pro Flac. Id. Caue enim putes vllas litteras vnquam gratiores, quam ſuas eſſe in Senatu recitatas. libro 10.*ep.*2.*Id. Sed caue, ſi me amas, exiſtimes me. lib.* 4. *epiſt.* Non credere.

Ne, viuam, iurantis.

13 *Cic. Sed ne viuam, ſi tibi concedo. lib.*9. *ep.* Poſs'io morire. *Id. Quid poteris inquit, pro his dicere? ne viuam, ſi ſcio. Att. lib.*4.

Ne ſupplicantis, aut deteſtantis.

14 *Curt. Ne dij ſiuerint, vt hoc decus mei capitis, aut demere mihi quiſquam, aut condonare poſſit. lib.*5. *Id. Ne dij ſiuerint, inquit, vt Alexandri fortuna, tantiq; regni faſtigium in iſtos homeros ruat: homines certe non ferent. lib.*10. Non piaccia à Dio.

Ne dicam.

15 *Ne dicam] eſt correctio, antequam dicatur. Cic. In tam leues, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. lib.* 1. *de Nat. Deo.* Per non dire. *Id. Tu tibi fac, vt perſuadeas, non eſſe me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt &c. lib.*12. *epiſt. vlt.*

Ne dum.

16 *Ne dum] plerunque ſubijcitur, & ſeruit parti deteriori. Cic. Optimis temporibus non potuerunt, &c. ne dum his temporibus. &c. Pro Cluen. Id. Quæ tantum habent myſteriorum; vt ea ne librarijs quidem committamus, ne dum cuilibet. Att. lib.*4. Non che.

Id.

Id. Ego vero ne immortalitatem quidem accipiendam putarem, ne dum emori cum pernicie Reip. Pro Planc. Id. Vir priuatus vix ſe continet, ne dum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris. 2. Agr. In ſcelere religio non valeret, ne dum valet id, quod imperitus adoleſcens &c. feciſſe dicatur. Pro Do.

Admonitio.

15 *Ne dum*] *ſubijci non ſolet, niſi cum antecedit negatio, quod ex appoſitis exemplis apparet. Nam, cum affirmamus.* [*Non modo*] *aut* [*non ſolum*] *adhibetur.* Cic. *Secundus etiam res noſtras, non modo aduerſas pertimeſcebam. lib. 4. ep. 14. Id. Vultus tuos mihi expreſſit omnes: non ſolum animum, ac verba pertulit. lib. 12. epiſt. vlt. Nam illud ex 7. lib. ep. (Erat enim multo domicilium huius verbis aptius humanitati tua, quam Peloponeſus, nedum Paria) tacitam videtur negationem continere. Nedum* [*raro vſurpatur in principio, pro*] *Non dicam* [*aut*] *Non modo. Cic. Nedum hominum humilium, vt nos ſumus, ſed etiam &c. Att. lib. 9. ep. 27.*

Ne quidem, pro Nec quidem.

16 *Ne quidem*] *vſurpatur pro* [*Nec quidem*] *cum negando aliquid augemus. Cic. Ne ſi vellim quidem, id facere poſſem. Att.* Ne meno ſ'io voleſſi. *Id. Ne dici quidē opus eſt, quanta cum dimicatione ciuium. 3. Catil. Id. Si tu iudicabis: ne ad Catonem quidem prouocabo. Att.*

Att. lib. 6. Id. Nefando quidem auditum eſt. 1. de Nat. Deo. Id. Deiotarus nunquam ſuccumbet inimicis: ne fortuna quidem. Pro Deiot. Id. Victoria iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne Republica quidem poſtulante. 1. Off. Id. Ergo illi ne cauſa quidem itineris, etiam cauſa manendi. Pro Mil. Id. Non enim prætereundum eſt, illud quidem. 1. Ver. Ne manco quello.

Ne quidem, cum Nedum, vel Non modo.

17 *Cic. Me quidem nihil iſtorum ne iuuenem quidem mouit vnquam, ne dum ſenem, lib. 9. ep. 26. Id. Cui facile perſuaſi, mihi, quod rogaret, ne licere quidem, non modo libere. lib. 13. ep. 19.*

Admonitio.

18 *Ne, cum [Quidem] ita coniungitur, vt ſemper verbum aliquod interponatur.*

De Coniunctione NE, Enclitica. Cap. C.

1 NE *Coniunctio Enclitica, tum Interrogationi ſeruit, tum dubitationi. Cic. Putares ne vnquam fieri poſſe, vt mihi verba deeſſent?* Penſareſti tu forſe, che poteſſe mai eſſere. *Id. Tamen ne arbitraris id te poſſe obtinere? Pro Do.* Tu pur ancora penſi. *Id. Vt videamus ſatis ne iſta ſit iuſta defenſio. 1. Acad.* S'ell'è giuſt'à baſtanza.

Ne,

Ne, An.

2 *Sape,poſt Ne, Encliticam ſubijcitur* [*An*] *Cic. Romam ne venio,an hic maneo? An Arpinum? lib.* 16. Vengomen'io à Roma, ò ſtomene qui, ò vò in Arpino? *Id. Tria ſunt autem: maneam ne Arpini, an propius accedam, an veniam Romam lib.* 16. *epiſt.* 19. *Id. Vnum neſcio gratuler ne tibi, an timeam, lib.* 2. *epiſt.* 5. S'io mi congratuli, ò pur &c.

Ne,Nec ne, Ne,an non.

3 *Alias additur*] *Nec ne* [*vel*] *An non. Cic. Quęro enim, potuerit ne Roſcius ex ſocietate partem ſuam quęrere, nec ne. Pro Roſc. Com.* Domandate, sì, ò nò? *Id. Parthi tranſierint nec ne, pręter te video dubitare neminem. lib.* 2. *Teren. Sed is ne eſt, quem quęro, an non? Hoc.*

Admonitio.

4 *Cum antecedit* [*Ne*] *Enclitica, non ſubijcitur Aut, ſed An.*

De Coniunctione NEC, & NEQVE. Cap. CI.

Nec, pro Non.

1 NEc] *ſępe vſurpatur pro* [*Non*] *Cic. Quo mortuo, nec ita multo poſt in Galliam proficiſcitur. Pro Quinct.* Non molto dopò. *Id. Nec opinatum patrociniũ à vo-*

à vobis eſſe ſuſceptum, lib. 1. de Nat. Deo. Non penſato. *Id. Ei nec opinanti voluntatem tuam tantam per litteras detuliſſe. lib. 13.* Quando manco ſe'l penſaua.

Nec nec, Neque neque.

2 *Nec, & Neque ſæpe iterantur, etiamſi antecedat negatio. Cic. Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior. de Am. Id. Neque abſolutus, neque damnatus. lib. 8. epiſt. Id. Nulla enim vitæ pars, neque publicis, neque priuatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum alio contrahas, vacare officio poteſt. 1. Off. Id. Nullo loco deero, neque ad conſolandum, neque ad leuandum fortunam tuam. lib. 5. ep. Id. Non medius fidius præ lacrymis poſſum reliqua nec cogitare, nec ſcribere, Attic. lib. 9.*

Neque, nec.

3 *Interdum Neque cum Nec copulatur. Cic. Neque opibus ſatis firmi, nec voluntate ſunt lib. 15. epiſt. 1. Id. Neque enim obſcuris perſonis, nec paruis in cauſis res agitur. lib. 3. epiſt. 5.*

Nec, & Neque, &.

4 *Alius [Nec] & [Neque] cum [&] iunguntur. Cic. Eurnium noſtrum tanti à te fieri, nec miror, & gaudeo. lib. 10. ep. 1. Id. Nec à me alieni, & tibi amiciſſimi. lib. 4. ep. 6. Id.*

Homo

Homo nec meo iudicio ſtultus, & ſuo valde prudens. 1. de Orat.

Nec, ſed. Neque, ſed.

5 *Alias [Sed] aßumunt. Cic. Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ, atque victus lib. 9. ep. 24. Id. Neque Reſpublica Conſules haberet, ſed mercatores prouinciarum, lib. 1, ep. 9.*

Nec dum, Neque dum.

6 *Nec dum] & [Neque dum] eſt quod inſulſe dicitur [Et non dum.] Cic. Caſſius ineptas litteras miſit: nec dum Bibuli erant allata. Att. lib. 6. Id. Neque dum Roma es profectus. Att. lib.* 14. Ne ancora.

Nec enim. Neque enim.

7 *Nec enim, & Neque enim, vſurpantur eleganter pro [Non enim.] Cic. Nec enim illa prima vera eſt de Am. Id. Neque enim hoc poſſum negare. 5. Ver. Id. Neque enim ſunt iſti audiendi, qui &c. de Amic.*

Nec vero. Neque vero.

8 *Nec vero [Neque vero] interdum grauius negant. Cic. Nec vero illum ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi. 1. Phil.* Et à dir il vero, non era già egli. *Id. Neque vero mihi quicquam præſtabilius videtur, &c. 1. de* Or. Ne in vero.

9 *Sæpe ſeruiunt Anteoccupationi. Cic. Nec vero tibi de verſibus reſpondebo. 2. Phil.*

Id. Neque vero iſtis tragœdijs tuis, quibus

bus vti Philoſophi maxime ſolent, Craſſe perturbor. lib. 1. de Or. Id. Neque vero hoc ſolum dixit, ſed ipſe, & ſenſit, & fecit. Ibi.

Nequaquam, & Neutiquam.

10 *Nequaquam [&] Neutiquam [vehementius negant.] Cic. Nequaquam iſta amicitia eſt. 1. de Fin.* Non è già, Non è altrimenti. *Id. Nequaquam ſatis explicata ſunt. 1. de Natu. Deor. Id. cui te ſocium neutiquam puto eſſe oportere. Att. lib. Id. Indiſſolubile vos quidem eſſe non poteſtis: neutiquam tamen diſſoluemini, de Vniu. Ter. Neutiquam eſſe officium liberi puto. And.* In modo niuno. Per conto niuno.

De Pronomine NEMO. Cap. CII

Nemo quin, Nemo quin non.

1 N*Emo] interdum cum [Quin] aut [qui non iungitur. Cic. Nemo eſt, quin cogitet, quam ſit metuendus iratus, victor, armatus. lib. 6. epiſt. 4 Id. Adhuc neminem noui Poetam, qui ſibi non optimus videretur. 5. Tuſc.*

Nemo, niſi.

2 *Alias cum [Niſi.] Cic. Quorum nemo Conſularis habitus, niſi qui animo extitit in Remp. Conſulari lib. 10. epiſt. 6. Id. Nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit, eaque delectatur. de Amic.*

Nemo, præter.

3 *Nonnunquam cum* [*præter.*] *Cic. Amicum ex Conſularibus tibi neminem eſſe video, præter Hortenſium, lib.* 1. *ep.* 5. *Id. Sed hęc præter me, nemini videntur. Att. lib.* 1. *ep.* 1.

De Aduerbio NEMPE. Cap. CIII.

Nempe in princip. pro Certe.

1 NEmpe] *in principio eſt* [*Certe, aut Scilicet. Cic. Nempe, eum dicis, qui &c. in Brut.*] Si sì t'intendo, tu vuoi dir colui. *Id. Nempe ita dicis propter decumas.* 5. *Ver. Id. Nempe igitur ea reſtant, quę. Partit. Si tantam pecuniam Flacco dat: nempe iccirco. Pro Flac. Id. Sed effugi inſidias, nempe in conſpectum Antonij veniendum eſt.* 2. *Phil.* Per certo.

Nempe, pro Nonne.

2 *Interdum interrogat, atque vſurpatur pro* [*Nonne.*] *Plaut. Nempe hic tuus eſt? Ruden. Id. Nempe iubes? Menech. Cic. Nempe negas ad beatam vitam ſatis eſſe virtutem?* 5. *Tuſc.* Tu lo nieghi, non è così?

Nempe, approbantis.

3 *Nonnunquam in reſponſione eſt approbantis. Plaut. Bene ego illi volo facere, ſi tu nõ abnuis. P. Nempe, de tuo. Trinum.* Sì: ma del tuo. *Id. Apud Archilocum ego ero argentarium. D. Nempe in foro. Cic. At huius auus*

Tudi-

Tuditanus ille nobilis : nempe ille, qui &c. 3. *Phil.*

Nempe, interrogationi ſubiectum, vim habet amplificandi.

4 *Sæpe interrogationi ſubijcitur. Cic. Legiones abducis à Bruto. Quas? nempe eas, quas ille ab Antonij ſcelere abrupit.* 10. *Phil. Id. In qua tandem vrbe hac homines ſtultiſſimi diſputant? nempe in ea, quę &c. Pro Mil. Id Gn. Pompeij conſulatus, quibus in actis conſiſtit? nempe in legibus.* 1. *Phil. Id. At quo tempore futurum eſt? nempe cum &c.* 7. *Ver.* Per certo.

Admonitio.

5 *Nempe*] *pro*[*Id eſt*] *rarò admodum vſurpari ſolet in explicatione, aut enumeratione multarum rerum : ſed eius loco* [*Nimirum*] *aut* [*Videlicet*] *vſurpatur. Cic. Opinor eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones venditionesq; fiant, nimirum ad Kalen. Iunias. Pro Roſc. Am. Lege* [*Nimirum & Videlicet.*]

De NIHIL. Cap. CIV.

Nihil, pro Non.

1 NIhil *interdum vſurpatur pro* [*Non.*] *Cic. Nihil dico, quis fuerit ille Brutus.* 1. *Phil. Id. Beneficio iſto legis nihil vtitur,* 2. *Agr. Id. Hoc tamen opus in apertum vt referas, nihil poſtulo. Parad.* Non ti domādo.

Nihil, niſi.

2 *Nihil ſæpiſſime aſſumit,*[*Niſi*]*Cic.Nihil laboro,niſi vt ſaluus ſis.lib.*10.*ep.*6.*Id.Nihil video, quod timeam, niſi quod omnia ſunt incerta. Att.lib.*9. *ep.*15.

Nihil, præter. Nihil præterquam.

3 *Interdum* [*Præter*] *Cic. Vt ſi Romæ ſis, nihil te præter tua delectare poſſit. lib.* 4. *epiſt.* 4. *Liu.Cum Valerio nihil,præterquam de lege loqueretur. lib.* 2.

Nihil aliud, niſi. Nihil aliud, quam.

4 *Nihil aliud,niſi*] *vſitatiſſimum eſt.Cic. Nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt. Pro Roſc. Am.* Non fecero altro,che rapportare la coſa.*Id.Nihil aliud me conſolatur,niſi quod illum non arbitror,&c. Att.Id. Nihil dicam aliud, niſi verebor, ne quando tibi ego moleſtus ſim. Ad Q.Fr.lib.*2.*ep.*9.

Aliud quam] *minus vſitatum eſt apud Ciceronem: apud Cæſarem, & alios frequentius. Cic. Agitur enim in hac cauſa Quir. nihil aliud, quam vt nullum ſit poſt hac in Rep. conſilium. Pro Rab.*

Nihil, ne quidem.

5 *Nihil*] *quamuis aſſumat* [*Ne quidem*] *vim tamen negandi retinet. Cic. Mirabar nihil allatum eſſe, ne rumoris quidem. Att. lib.* 9. *ep.*1. Nè meno di bisbiglio. *Id. Ad eas ego litteras nihil ſcripſi, ne gratulandi quidem cauſa. Ad Quinct.Frat.lib.*3. *ep.*1. Nè meno per congratularmi.

Nihil,

Nihil, quin. Nihil, quod non.

6 *Cic. Nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin enucleate ad te præſcriberem. Ad Q.Fr. lib.3. ep.3. Id.* Nihil *eſt quod non timendum ſit. Att. lib.2. epiſt.17. Id. Ego nihil prætermiſi, quin Pompeium à Cæſaris coniunctione auocarem. 2. Phil. id eſt [Quominus.]*

Nihil, quominus: quamobrem non.

7 *Cic. Nihil affertur, quo minus ſumma ſupplicia nobis timenda ſint, Brut. epiſt. 17. Conſiderare debes, nihil tibi eſſe committendum, quamobrem eorum, quos laudes, non te ſimilem præbeas. lib.6. ep.13.*

Nihil cur, quare, quamobrem.

8 *Cic. Quod ego cur nolim, nihil video. lib. 9. ep.6.* Non veggo, per qual cagione non debba io volere. *Id. nihil eſt cur te aduenientibus offerre geſtias. lib.6. epiſt.21.* Non accade, che tu. *Id. Mihi, quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri poſſe. lib. 11. epiſt.24. Id. Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari neceſſe ſit. Pro Cluen. Id. Nihil eſt enim, quamobrem nihil percipi poſſe videatur. 5. de Fin.* Non vi è cagione per la quale.

Nihil minus.

9 *Id. Nihil minus velim, quam Pomponiã, & puerum verſari in timore ruinæ. Att. lib. 2. ep.4.* Non è coſa, ch'io meno voglia.

Nihil, cum Comparatiuo.

10 *Nihil, eleganter etiam cum locis, & per-*

ſonis comparatur. Cic. Nihil alſius, nihil amanius. Att. lib.4. Il più freſco,& ameno luogo del Mondo. *Id. Tyronem agrum Patris reliqui, adoleſcentum probum, nihil vidi melius. Att. lib.7.*

Nihil potius, Nihil antiquius.

11 *Nihil antiquius, Nihil potius, eandem vim habent. Cic. Nihil mihi potius fuit, quã vt Maſſiniſſam conuenirem lib.6. de Rep. Id. Vt omnes intelligerent, nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe. Att. lib.2.*

Nihilo cum Comparatiuo.

12 *Nihilo] ſemper cum comparatiuo copulatur. Cic. Nihilo beatior Iuppiter, quam Epicurus, dempta æternitate. 2. de Fin. Id. Nihilo diligentior eſſe ad claßem ornandam, cœpit. 7. Ver.*

Nihilo magis, Nihilo minus.

13 *Cic. Sed ex ſumitis, quibus conceſſis nihilo magis efficitis, quod vultis. lib.2. de Diu. Id. Vt enim qui demerſi ſunt in aqua, nihilo magis reſpirare poßunt, ſi non longè abſint à ſummo &c.3. de Fin. Id. Minus dolendum, re non perfecta: ſed puniendum certe nihilo minus. Pro Mil. Id. Quo non aſcripto, nihilo minus hæredi caueretur. lib.2. de Inu. Id. Legati proficiſcantur: bellum nihilo minus paretur. Phil.* Non punto meno di quel, che ſi fà.

Ad-

Admonitio.

14 *Nihilo minus pro [Tamen] cum antecedit [Et ſi, Quanquam] aut aliquid ſimile, vſitatum non eſt.*

15 *Nihilo minus tam*[*en*] *non temere vſurpandum.*

De Aduerbio NIMIRVM. Cap. CV.

1 N*Imirum, ex Ni, & Mirum factum videtur, ordine inuerſo pro Mirum ni, vſurpatur pro* [*Certe, Videlicet; Scilicet. Cic. Nimirum igitur, vt in cauſis, ſic in ægritudine &c. Tuſc. Id. Hoc nimirum eſt illud, quod de Socrate accepimus. 1. de Diu. Id. Itaque nimirum hic illud eſt, quod Caſar ſcribis in ea epiſtola. Att. lib. 9. Sed nimirum maius eſt hoc quiddam, quam homines opinantur primo de Oratore. Id. Et nimirum is princeps ex Latinis iſta tractauit. In Brut. Id. Hæc enim eſt Tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides. de Ami.* In vero. Per certo.

De Aduerbio NIMIVM. Cap. CVI.

1 N*Imium*] *ſæpe aduerbium eſt, idemque declarat, quod Nimis. Cic. Nemo. Nimium beatus eſt. 5. de Fin. Id. Nimium*

diu te Imperatorem, illa tua Manliana caſtra deſiderant. 1. *Catil. Id. Ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortito comparata eſt. Pro Cluent.* Troppi. *Id. Quod vos interdum, vel nimium ſępe dicitis.* 2. *de Fin. Id. Verbis efferueſcentibus, & paulo nimium redundantibus.* 2. *de Ora.* Vn poco troppo.

Nimium quantum.

2 *Nimium quantum*] *eſt Mirum quantum.*] *Cic. Sales, qui in dicendo nimium quantum valent.* 2. *de Orat. Id. Sed differre inter honeſtum, & turpe, nimium quantum, neſcio quid immenſum. lib.* 4. *de Fin.* Tanto, che non ſi può dir più.

Nimio plus.

3 *Nimio plus*] *ſignificantius eſt, quam Nimium. Cic. Sed quia nimio plus te diligo. Att. lib.* 10. Tanto, che è troppo.

De Coniunctione NISI. Cap. CVII.

1 NIſi [*proprie eſt*] *Si non. Cic. Nomen iudicum amittemus, niſi ex his ipſis cauſis iudicabimus. Pro Cluen. Id. Domitius (niſi me omnia fallunt) de ſe incredibiliter pertimuit. Att. lib.* 1.

Niſi, pro, Præter, vel Pręterquam, vel Veruntamen.

2 *Interdum Pro Præter vſurpatur. Cic. Negat*

gat enim quenquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem. de Amic. Id. Quem vnquam ciuem Senatus, niſi me rationibus exteris commendauit. Pro Seſt. Id. Quid inquam tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum vocamus? Fr. Tuſc. Che facciamo altro, che chiamarlo a ſe ſteſſo? *Id. De re nihil poſſum iudicare, niſi illud mihi perſuadeo lib.* 13. *ep.* 73. Se non che. *Id. Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. de Am.* Fuor che ne i buoni. *Cic. Omnino hac eodem modo ex hac parte fiunt, niſi illud erat infinitum. Att. lib.* 11. *ep.* 6. *Cato Eodem modo anſerem alito, niſi prius dato bibere. cap.* 89. Ma però. *Ter.* Quo pacto, aut vnde hæc hic reſciuit? D. Neſcio, niſi me dixiſſe memini. Se non che.

Niſi quod.

3 *Cic. Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt, niſi quod in Philoſophia vehementer ab eo diſſentio. lib.* 13. *epiſt.* 1. *Id. Hoc me delectat, niſi quod, &c. Attic. lib.* 1.

Niſi vt, Niſi ne.

4 *Cic. Quid eſt aliud, quod nos patroni facere debeamus, niſi vt eos qui inſectantur, repellamus. Pro Cal. Id. Tum neminem ducebat, niſi vt virum à viro lectum eſſe diceres. Pro Mil. Id. Quicquam ne me putas curare, niſi vt ei ne deſint. lib.* 13. *ep.* 20.

Niſi, ſi pro Niſi.

5 *Niſi*] *interdum aſciſcit* [*Si*] *elegantia cauſa.*

cauſa. Teren. Niſi *ſi id eſt, quod ſuſpicor, Aliquid monſtri alunt. And. Id.* Niſi *ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero*, Se già. *Adel. Cic. Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe iactant. 2. de Orat.* Se però.

Niſi quis, Niſi ſi quis.

6 *Pro* [*Niſi aliquis*] N*ſi quis, vel* N*iſi, ſi quis* [*eleganter dicitur.*] *Cic.* Niſi *quis hoc Deus reſpexerit. Att. lib.* 1. *Id.* N*iſi quid de Epaminonda ſuſpicari licet. in Brut.* N*iſi vero, ſi quis eſt, qui Catilinæ ſimiles cum Catilina ſentire non putet. Catil. Id.* Niſi *ſi quid erit &c. Att. lib.* 1. Se però non ci ſarà qualche coſa, &c.

Non niſi. Niſi non.

7 *Plau.* N*on loquar, niſi pace facta. Amph. Cic. Quoniam tu, niſi perfecta re, de me non conqueſti. lib.* 1. *ep.* 1. *Caſ. Iurauit ſe, niſi victorem, in caſtra nõ rediturum lib.* 3. *de Bel. Ciu.* Non prima che.

Niſi forte, & Niſi vero.

8 N*iſi for e*] & [*niſi vero*] *in principijs, fere Ironiæ ſeruiunt. Cic.* N*iſi forte volumus Epicureorum opinionem ſequi. de Fat.* Se già nòi non vogliamo. *Id.* N*iſi fortè magis erit parricida, ſi quis conſularem patrem, quam ſi humilem necauerit. Pro Mil. Id.* N*iſi vero exiſtimamus dementem P. Africanum fuiſſe, qui &c. pro Mil. Id.* Niſi *vero paucos fuiſſe putatis, qui &c. Pro Flac.* Se però voi non penſate &c.

De Coniunctione NON. Cap. CVIII.

Non at, Non ſed, Non verum.

1 NOn] *aßumit ſapè [At, Sed, Verum]* Cic. *Non valuit rebus iiſdem, quibus fortè nonnulli: at valuit aſſiduitate, at valuit ſeruandis amicis, valuit liberalitate.* Pro Planc. Id. *Tantum dicam non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe.* li. 1. ep. 9. Id. *Erant præterea duo ſigna non maxima, verum eximia venuſtate.* 6. Ver.

2 *Interdum additur [Certè] aut [Tamen]* Cic. *Tum poterimus deliberare, non quidem integra re, ſed certè minus fracta.* Att. lib. 9. epiſt. 9. Id. *Tenenda ſunt ſua cuique non vitioſa, ſed tamen propria.* 1. Offic. Non già difettoſe: ma però.

Non etiam.

2 *Alias aſciſcit [Etiam]* Cic. *Sed eius modi tamen infantia: vt eo qui vtantur, nõ ſtulti homines habere poſſint, etiam plerunque prudentes.* In Orat. extr. Anzi d'auantaggio.

Non dico, ſed Non dicam, ſed.

3 Cic. *Magna eius in me non dico officia, ſed merita.* lib. 11. epiſt. 17. Id. *Repugnarem potius cum ſummo non dicam exitio, ſed periculo certè veſtro.* Pro Seſt. Id. *Magna que-*

rela,& gemitu non dicam bonorum,ſed plane omnium hominum. Att. lib. 4. ep. 3. Id. Non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando. Poſt reditum in Sen. Id. Vt ea, non dicam comprobes,ſed ſtudioſe libenterque comprobes. Att. lib. 16. ep. vlt.

Non quin, pro non quod non.

4 *Cic. Non quin conſiderem diligentia tua, ſed rei me magnitudo mouebat. lib. 16. epiſt. 24.* Non ch'io non mi fidaſſi. *Id. Non quin poſſint multi eſſe prouinciales viri boni, ſed hoc &c. Ad Quinct. Fr. lib. 1. ep. 1.*

Non quin, ſed quia, vel ſed quod.

5 *Cic. Non quin rectum eſſet, ſed quia multo rectius fuit &c. Att. lib. 7. ep. vlt. Id. Non quin ab eo ipſe diſſentiam, ſed quod ea te ſapientia eſſe iudicem, vt &c. lib. 4. epiſt. 7. initio.* Non perche io ſia di diuerſo parere, ma perche &c.

Non quod, ſed quod, vel ſed quia.

6 *Cic. Non quod ſola exornent, ſed quod excellant. In Orat. Id. In quo ego non quod libenter male audiam, ſed quia cauſam non libenter relinquo, &c. 2. de Ora.*

Non quo, ſed. Non quo, ſed tamen.

7 *Non quo] ſæpe vſurpatur pro [non quod] inſequente [Sed, vel Sed tamen] Cic. Non quod ea ſit, mihi quicquam carius, aut eſſe debeat, ſed deſperatis &c. Att. lib. 16. epiſt. 14.* Non perche. *Id. Non quo illa Lelij quicquam ſit dulcius, aut &c. Sed multo tamen vetu-*

vetuſtior, & horridior ille, quam Scipio. In Brut.

Non quo,ſed quod,vel quia.

8 *Etiam ſequente [Quod] vel [Quia.] Cic. Non quo ego certo ſcirem, ſed quod non difficilis erat coniectura. lib.6. epiſt.4.Id.Quam vt conſerues,non quo de tua conſtantia dubitem,ſed quia mos eſt ita rogandi,rogo.lib.12. ep.17.* Non che,ma perche.

Non quo, Sed,vt,vel,Verum quia.

9 *Alias ſequente,Sed vt,aut,Verum quia.] Cic. Non quo haberem magnopere quod ſcriberem,ſed vt loquerer tecum abſens, Att.lib. 4.ep.4.* Non che io haueſſi più che tanto, che ſcriuerti.*Id.Non quo idem ſit ſeruulus, quod familia; verum quia non quibus verbis quidq. dicatur, quæritur,ſed qua res agatur. Pro Cæcin.* Non perche ſia &c.

Non ſi, propter ea, vel, Iccirco.

10 *Cic. Non enim ſi ſine patribus filij eſſe non poſſunt, propterea.Topico.Id. Non ſi Opimium defendiſti Carbo, iccirco te iſti ciuem bonus putabunt, ſecundo de Orat.* Non però &c.

Non modo, ſed vix, ſed etiam, verum etiam.

11 *Non modo, & [neque modo] aſciſcit. [Sed vix, Sed etiam, Verum etiam.Cic.Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt, non modo quod ſperem, ſed vix iam,quod audeã optare. libro 4. epiſt.1. Id.Tenebat non modo*

au-

authoritatem, ſed etiam imperium in ſuos, de Sen. Id. Non modo dignitas nulla erat, ſed etiam ſumma deformitas. lib. 16. epiſt. 6. Id. Neque auxilium modo, verum etiam præſidium pollicentur pro Mil.

Non ſolum, ſed; ſed etiam, ſed quoque, verum etiam.

12 *Non ſolum [iungitur cum] Sed, Sed etiã, Sed quoque, Verum etiam. Cic. Qui omnibus negotijs non interfuit ſolum, ſed præfuit, li. 1. ep. 6. Id. Non ſolum fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos quos complexa eſt. de Am. Id. Dixi non ſolum re, & ſententia, ſed verbis quoque. Pro Cæcin. Id. Non poeta ſolum ſuauis, verum etiam cætero quin doctus. lib. 1. de Nat. Deor. Id. Neque id ſolũ mea ſponte, ſed multo etiam magis monente, ac denunciante te. lib. 4. ep. 3.*

Non modo non, ſed etiam, verum etiam.

13 *Non modo non] unctum cum [Sed etiã. Verum etiam] idem eſt, quod [Tantum abeſt vt] Cic. Dies non modo non leuat luctũ hũc, ſed etiam auget. lib. 3. ep. 15. Id. Ex tuis litteris non modo nõ reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur lib. 11. ep. 12. Id. Tu id non modo non prohibebas, verum etiam approbabas. Att. lib. 16. epiſt. 6.*

Admonitio.

14 *Videndum, ne temere altera negatio, cũ requiritur, omittatur. Neque enim rectè dicere-*

ceretur, Tu id non modo prohibebas, verum etiam approbabas, & alia eodem modo.

Non modo, ſed ne quidem, pro Non dico.

15 N*on modo, pro [non dico] interdum aſſumit [Sed ne quidem.]* Cic. *Non modo dignitatis, ſed ne libertatis quidem partem reliquit, lib.1.epiſt.9.Id.* Nullam *partem tuorum meritorum non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. lib.1. epiſt. 8. Id. Ego nullum locum omitto non modo laudandi tui, ſed ne orandi quidem. lib. 12. epiſt. 24. Id.* N*unc non modo agendi rationem nullum habeo, ſed ne cogitandi quidem. lib.4.epiſt.24.* Ne*c quicquam poſt hac non modo tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris. Att. lib.5. epiſt.27.* Non dico tanto, ma ne pur tantino.

Non modo non, ſed ne quidem.

16 N*on modo non, ſed ne quidem] vſurpari ſolet pro [Tantum abeſt.] Cic. Cuius rei non modo non præterijt tempus, ſed ne maturam quidem etiam nunc meo iudicio fuit. lib. 10. epiſt. 10. Id.* N*on modo vt non præeſſet vni negotio, ſed etiam vt ne intereſſet quidem. lib.13. epiſt. 29.*

Non modo, pro Non modo non.

17 *Interdum tamen [non modo (vt Paulus Manutius obſeruauit lib.1.epiſt.fam. ep.9.) vſurpatur pro non modo non.] Cic. Regnum non*

non modo Romano homini,ſed ne Perſa quidem tolerabile.lib.10.ep.6. Id.Mihi non modo iraſci, grauiſſima iniuria accepta, ſed ne dolere quidem impune licet. lib. 11.ep. 24. Neque ſolum in ſcientiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit. lib. 1. de Orat.

Non modo,poſtpoſitum pro,nedum, aut ne dicam.

18 *Interdum [non modo] ſubijcitur pro [nedum.] Cic. Quos clientes nemo habere velit, non modo eſſe eorum cliens. 2.Phil. Id. Nullum meum minimum dictum, non modo factum pro Cæſare interceſſit, quod ille &c. lib. 1.ep.9. Id. Nihil prætermiſſum, quod non haberet ſapientem excuſationem,non modo probabilem. Att.lib.8.* Non che.

Alias, pro [ne dicam] Cic. Magis herculè quam vellem, non modo, quam putaram. lib.2.ep.19. Id. Secundas etiam res,non modo aduerſas pertimeſcebam. lib.4. ep.14. Per non dire.

Non ſolum poſtpoſitum.

19 *Non ſolum] interdum ſubijcitur, item vt [non modo] pro [ne dicam.] Cic. Vultus ſuos mihi expreſſit omnes, non ſolum animum, ac verba protulit. libro 12. epiſt. vlt. Id. Vt ipſe etiam ſibi non ijs ſolum, qui aderant, diſplicebat.lib.2.ep.21.*

De

De Pronomine NVLLVS. Cap. CIX.

1 NVllus] dictus quaſi [non vllus] latius patet quam [nemo.] Quippe [nemo] de hominibus tantum dicitur. [Nullus, nulla, nullum] de rebus omnibus.

Nullus, pro Non.

2 *Nullus*] *interdum pro* [*non*] *vſurpatur*. *Ter.* Memini, tametſi nullus moneas. *Eun.* Quantunque tu non me lo ricordi. *Plau. Is nullus venit. Bacchid. Cic. Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per litteras quidem, aut per nuncium certiorem me fecit. Att. lib.* 12. *Ideſt, non dum venit.* Non ſolamente non è mai comparſo. *Id. Quod niſi feciſſet, temp. quam nunc vix tenemus, iamdiu nullam haberemus.* 1. *de Orat. Id. Miſeri ob id ipſum. quia nulli ſunt.* 1. *Tuſc.* Perche non ſono.

Nullius, pro, Nullius momenti.

3 *Alias*] *Nullus* [*eſt Nullius momenti.*] *Cic. Ex eo tempore vir illa ſummus, Imperator nullus fuit. lib.* 7. *ep.* 9. Non fù Imperator d'alcun valore. *Id. Nec illa quidem, quæ nulla eſſet, eſſe lex putaretur. Pro Dom. Id. Ad miſeram, ſeu nullam potius rempu. Att. lib.* 14. *Id. Copias quas nullas habemus. Att. lib.* 14. *Id. Igitur Titias, & Apuleias leges nullas putas?* 2. *de leg.* Penſi, che non vagliano.

Nullus, niſi; extra; præter.

4 *Iungitur ſæpe*] *Nullus* [*cum*] *Niſi, Extra, Præter, præterquam. Cic. Statueram nullas tibi litteras mittere, niſi commendatitias. lib. 5. ep. 5.* Di non ti mandar altre lettere, che di raccommandatione. *Id. Nullus eſt igitur numerus extra poeticos. In Ora.* Fuor de' poetici. *Id. Ad quas litteras tibi reſcribi velis, neſcio: nullas enim acceperam, præter eas, &c. lib. 5. ep. 3. ad Att.*

Nullus, quin: qui non: in quo.

5 *Cic. Dies fere nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet. Att. lib. 1. ep. 1.* Non è quaſi mai giorno, che non venga. *Id. Nullum intermiſi diem, quin &c. Att. lib. 6. Id. Nulla eſt acerbitas, quæ non omnibus impendere videatur. lib. 2. ep. 16. Id. Nullum bellum ciuile fuit in quo &c. de Prou. Conſ.* Non v'è nata guerra, &c.

De Coniunctione NVNC. Cap. CX.

Nunc cum, Nunc dum, Nunc quando.

1 N*Vnc, ſæpe aſciſcit*] *Cum, aut Dum, aut Quando. Teren. Nunc cum ſine magno intertrimento non poteſt haberi. Heaut.* Hora che. *Id. Sineres nunc facere, dum per ætatem licet. Adel. Cic. Nunc quando mihi ab amico officioſiſſimo tantum oneris imponitur. lib. 13. ep. 56.*

Nunc,

Nunc,tum. Nunc olim.

2 *Alias aſſumit*] *Tum, aut Olim Cic. Tu illum animum nunc adhibe quaſo, quo me tum oportere eſſe cenſebas. lib.6. ep.1.Teren. Ex ſua libidine moderantur, quæ eſt nunc, non quæ olim fuit. Heaut.*

Nunc pro Modo.

3 *Interdum vſurpatur pro modo.Cic.Nunc reus erat apud Craſſum, diuitem Vectius de vi. Att.lib.1.Id.Vidi nuper,& nunc videbam de ea re. In Brut.* Pur hora.

Nunc iam.

4 *Nunc iam*] *Cic.* Nunc *iam ſum expeditus.lib.* 12. *ep.* 12. Già hormai ſono sbrigato.*Id.Patior non moleſte Iud.eam vitam, quæ mihi ſua ſponte ante iucunda fuerit, nunc iam mea lege, & conditione neceſſariam futuram. 6.Ver.* Hormai.

Nunc verò, poſt Si.

5 Nunc *vero*] *ſubijci ſolet in comparatione rei fictæ,augendi gratia. Cic.Si M. Fonteium Iud.in cauſa deficerent omnia,&c.tamen eſſet vobis magnopere prouidendum,&c. nunc vero cum lædat nemo bonus, &c. Pro Font. Id. Si hoc non apud ciues Rom. &c.ſi ad ſaxa, & ſolitudines conqueri,ac deplorare vellem,tamen &c.commouerentur.* Nunc *vero cum loquar apud Senatores pop. Rom. &c.7. Ver.* Ma hora ch'io parlo.

De

De Coniunctione N V M. Cap. CXI.

Num cum interrogatione. Num ne.

1 N*Vm interrogationi plerunq; ſeruit; & tum initio ponitur, tum ſubijcitur. Cic. Num cenſes Ennium dixiſſe? Acad.* 2. penſi tu forsè? *Id. Quid in Numa Pompilio num quod eloquentia veſtigium apparet? de Orat. Id. Interrogas me, num in exilium? non iubeo. 1. Catil.*

2 *Interdum aſciſcit [ne] vehementius interrogandi gratia. Cic. Numme aſpicis quo in templo verſeris? lib. 6. de Rep. Id. Deum ipſum num ne vidiſti? 1. de Nat. Deo.* Dimmi hai tu mai veduto Dio.

Num quis, Num quę, Num quod, Num quid.

3 Num] *ſæpe iungitur cum pronomine (Quis.) Quæ Quod. Ter.* Num quis hic eſt? nemo eſt. *Eun. Cic. Num quis fundus in agro* Nolano *venalis ſit, Att. lib.* 13. Se vi è qualche podere da vendere. *Id. Num qua trepidatio? num qui tumultus? num quid, niſi moderate? Pro Deiot. Id. numquid horum probat noſter Antiochus 2. Acad.* Ecci coſa di queſte che la proui?

Num quid vis, diſcedentis.

4 N*um quid vis) interrogatio erat in diſceſſu vſitata. Ter.* Hęc dum dicit, abijt hora. Rogo, num, quid velit. *Eun. Cic. Neq; cum poſtea in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet,*

deret, nunquid vellem, rogauit. Att. lib. 6 ep. 14. Id. Cum me ſpectans è ſua villa, numquid vellem, rogaſſet. Att. lib. 5. ep. 66. Hauendo pigliato commiato da me, *Id. Te puta ſæpe habere, qui, num quid Romam velis. quærant Ad Q. Fr. lib. 2. epiſt. 6.* Se tu vuoi niente per Roma.

Num quid nam.

5 N*umquid nam (vehementius interrogat. Ter.* Num quid nam hic, quod nolis, vides? *Eun.* Hor vedi tu coſa quì che nõ ti piaccia. *Cic. Numquid nam, inquit, noui? 2. de Or.* Bene, v'è qualche coſa di nouo? *Id. Num quid nam de Oratore ipſo reſtat? Partit.* Reſtaui forſe niente.

Numquid præterea.

6 *Numquid præterea) ad extremum vrgentis eſt. Cic. Nũquid præterea? Pro Roſc. Am.* Ben c'è altro mai? Ecci mai altro.

De Coniunctione NVNQVAM.
Cap. CXII.

Nunquam dum.

1 T*Eren.* Numquam, dum ego adero, hic te tanget. *Adel.* Non ti toccherà mai coſtui, per quanto io ſarò preſente.

Nunquam ni, vel niſi.

2 *Liu. Numquam vnum militem habiturum, ni præſtaretur fides publica. &c. lib. 2. Cic. Numquam huc veniſſent, niſi ad alias res peſtiferas ſibi aditum compararent, Att. lib. 2.*

lib. 2. epiſt. 16. Id. Nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellat. Att. lib. 6. epiſt. 6.

Nunquam, quin.

3 *Cic. Equidem nunquam domum miſi vnam epiſtolam, quin eſſet ad te altera. lib. 2. ep.* 10. Io per me non mai ſcriſſi vna lettera à caſa, che non ve ne foſſe vn'altra per te. *Teren. Nunquam vnum intermittit diem, quin ſemper veniat. Adel.* Non laſcia pur mai vn giorno, che non venga.

De Aduerbio NVSQVAM. Cap. CXIII.

1 NVſquam eſt, nullo in loco. Teren. Ille autem bonus vir nuſquam apparet. Eun.* Non compariſce in luogo alcuno. *Cic. Ego vero nuſquam eſſe illos puto. 1. Tuſc. Id. Nolite arbitrari me, cum à vobis diſceſſero, aut nuſquam, aut nullum fore de Sen. Id. Siue eſt illa (Lex,) ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam. 1. lib. de Leg.* In luogo niuno. οὐδαμοῦ.

Nuſquam, niſi.

2 *Cic. Spes libertatis nuſquam, niſi in veſtrorum caſtrorum præſidijs eſt. Ad Brut. ep. 14. Id. Scientiam autem nuſquam eſſe cenſebat, niſi in animi notionibus. 1. Acad.*

Admonitio.

3 *Nuſquam, & [vſquam] Vel [Vſpiam] eleganter*

ganter vſurpantur pro [nullibi, & vllibi] quę minime vſitata ſunt.

De interiectione O.
Cap. CXIV.

1 O Non ſolum vocantis eſt, ſed etiam appellantis. Cic. O mi Attice. vereor, ne, &c. Att. lib. 14. Id. O mi Fanni, quam tu cauſam ſuam non noſti. lib. 10. ep. 26.

O, admirantis, & prædicantis.

2 *Sæpe ſeruit exclamationi, quę non vnius eſt modi. Non nunquam enim admirantis eſt, & prædicantis. Cic. O conſuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, & audacibus? 5. Ver. Id. O terram illam beatam, quę illum exceperit. Pro Mil.*

O, indignantis, ac deteſtantis.

3 *Interdum Indignantis. Cic. O incredibilem audaciam, ò impudentiam prędicãdam. 2. Phil. Id. O rem turpem, & ea remiſeram. Att. lib. 8. Id. O rem lugubrem: itaque intercludor dolore. Ibid. O tẽpora, O mores. 1. Catil.*

O, Dolentis.

4 *Alias dolentis. Cic. O me perditum. lib. 14. ep. 4. Id. O ſpectaculum miſerum, atque acerbum. 7. Ver.*

O, exultantis, aut lætantis.

5 *Aliquando gaudio exultantis. Cic. O ſolem ipſum beatiſſimum, qui vigentem vidit Antonium. 14. Phil. Ter.* O factum bene,

beaſti

beaſti me. *Andr. Cic. O gratas tuas mihi, iucundaſque litteras. Att lib.* 12.

O, optantis.

6 *Alias optantis. Cic. O fortunatam remp. ſi quidem hanc ſentinam vrbis eiecerit.* 2.*Catil. Virg.* O, mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos. Æ. 8.

O, implorantis.

7 *Non raro implorantis. Cic. O nomen dulce libertatis. O ius eximium noſtræ ciuitatis. O leges Portiæ, legesq; Semproniæ.* 7.*Verr.*

O, execrantis.

8 *Quandoque execrantis. Cic. O Multo magis miſerior Dolabella, quam ille ipſe, quem tu miſerrimum eſſe voluiſti.* 11. *Phil. O ſcelus. o portentum in vltimas terras aſportandum.* 3.*Ver.*

O, irridentis.

9 *Denique interdum Irridentis. Cic. O præclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupum.* 3. *Phil. Id. O Dij immortales; præclaram defenſionem.* 6.*Ver. O cōmemoranda iudicia, præclaram exſtimationem noſtri ordinis.* 2.*Ver.*

De Præpoſitione O B. Cap. C X V.

Ob, pro Propter.

1 OB, *ſæpe eſt [propter] ſignificat autem, tum cauſam efficientem, tum finem. Cic. Vt mihi quidem videantur Dij immortales*

tales, etiam ſi penas à populo Rom. ob aliquod delictum expetiuerunt, &c. pro Marc. Id. Ob aliquod emolumentum ſuum ſi qui aliquid cupidius dicere viderentur. pro Font. Id. Quanto illud flagitioſius, eum, à quo ob abſoluendum pecuniam acceperis, condemnare? 4. Ver.

Ob, pro Ante.

2 *Interdum eſt [Ante] Cic. Ob oculos mihi ſæpe mors verſata eſt. pro Rab. poſth. Id. Mihi ob oculos exilium verſatur. pro Seſt.* Ne gl'occhi. Dinanzi à gli occhi.

De Aduerbio OLIM. Cap. CXVI.

1 O*Lim ſæpe aſſumit [Cum.] Ter.* Olim iſtuc, cùm ita animum induxi. *Andr. Cic. Si ulla eſſent neceſſaria literas, ut erant olim, cum breuioribus diebus, etiam reſpondebant tempore tabellarij.*

Olim nunc, Olim tum.

2 *Alias [Nunc, vel Tunc.] Cic. Et eum honorem neglectum à me olim nunc mihi expetendum puto lib. 15. ep. 4. Teren. Olim cum honeſte potuit, tum non eſt data, Nunc viduam extrudi, turpe eſt. In Phorm.*

De Pronomine OMNIS. Cap. CXVII.

1 *OMnis] ſæpe vſurpatur pro [Totus] Cic. Sanguinem omnem profundere mater cupit. pro Cluen. Id. Vim vitalem per omnem mundum pertinentem, 1. de Nat. Deor. Id. In profundenda voce omne corpus contenditur. 2. Tuſcul. Id. Omni huic ſermoni propoſitum eſt. In Brut.*

Omnis, pro Quicunque.

2 *Alias, pro [Quicunque.] Cic. Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire poſſis. pro Roſc. Am. Id. Omne, quod ortum eſt, mortalitas conſequitur. 1. de Nat. Deor.*

Omnis, per Traductionem iteratum.

3 *Eleganter Omnis, per Traductionem iteratur. Vir.* Non omnis fert omnia tellus. *1. Geor. Id.* Non omnia poſſumus omnes. *Ecl. 9. & Lucr. lib. 5. Cic. par eſt omnes omnia experiri. In Orat.*

4 *Sæpe valet hæc Traductio ad breuiter amplificandum. Cic. Omnes omnium ordinem homines. pro Rab. Perd. Id. Omnes philoſophi omnium diſciplinarum. 5. Tuſc. Id. Omnia omnium miſeriarũ pleniſſima. A 1. lib. 2. Id. Ex omnibus omnium flagitijs nullũ turpius vidi, nullum audiui, quam quod &c. 2. Phil. Omnibus omnes opes cõceſſuram. lib. 9. ep. Id.*

Decem-

Decemuiros partitores omnibus omnium fortunis conſtitui. 2. *Agr.*

De Aduerbio OMNINO. Cap. CXVIII.

Omnino, in numero.

1 OMnino] *ab* [*Omnis*] *dictum, ac ſæpe refertur ad numerum. Cic. Omnino ad ducentos. Ad Q. Fr. lib.* 1. In tutto. *Id. Quinque omnino fuerunt, qui illum abſoluerunt. pro Cluen.* In tutto.

Omnino pro prorſus.

2 *Sæpe* [*Omnino*] *eſt* [*prorſus*] *quaſi omni ex parte. Cic. Epulabar cum ſoldalibus omnino modice. De Sen.* Moderatamente à fatto. *Id. Omnino fortis animus, & magnus duabus rebus maxime cernitur.* 1. *Off.* In fatti. In ſomma.

Omnino cum Aut certe, Aut magna ex parte. Nequaquam.

3 *Aſſumit autem* [*Aut certe, vel Aut magna ex parte*] *vel* [*Nequaquam*] *aut aliquid eiuſmodi. Cic. Omnino, aut magna ex parte liberatus.* 1. *Tuſc.* Del tutto, ouero in gran parte. *Id. Omnino, aut certe facilius labore alicuius, ac ſtudio conſequi. pro Balb. Id. Q. vero Maximus fratrem ſuum virum egregiũ omnino, ſibi nequaquam parem. De Amic.* Segnalato à fatto, ma non già ſuo pari.

Omnino, pro Vllo modo.

4 *Sæpe etiam vſurpatur pro [Vllo modo] nimirum cum additur negatio, aut aperta, aut occulta. Cic. Is omnino ſeruus in illa familia non erat. 7. Ver.* Non ſi trouaua per imaginatione. *Id. Ne quis omnino regem reduceret. lib. 1. ep. 5.* Che niuno à fatto. *Id. Nego illum adoleſcentem omnino illo die eſſe mortuum. Pro Cluent. Id. Mihi per difficile eſt contra tales Oratores, non modo tantam cauſam perorare, ſed omnino verbum facere. Pro Quinct.* Dir pure vna parola.

Omnino, cum non, Nihil, Vix, Nunquam, & Nuſquam.

5. *Iungitur autem Omnino, pro [Vllo modo] cum] Non, Nihil, Vix, Nunquam, & Nuſquam. Cic. Poetas omnino non conor attingere. 2. de Orat.* In modo alcuno. *Id. Vt non multum, aut nil omnino Græcis cederetur. 1. Tuſc. Id. Vix, aut omnino non poſſe fieri. Att. lib. 3.* Totalmente eſſer impoſſibile. *Id. Hac autem omittamus, quæ omnino nuſquã reperiuntur. de Amic. Theopompus, & Ephorus omnino cauſas nunquam attigerunt. 2. de Orat.* Non mai per miracolo.

Omnino, pro Nimirum.

6 *Interdum [Omnino] idem eſt quod [Nimirum] quia omni ex parte res affirmatur. Cic. Omnino eſt amans ſui virtus. de Amic.* In fatti. *Id. Omnino præclare te habes. 4. Ver.* Ti sò dire che tu ſtai freſco. *Id. Aptiſſima*

omnino ſunt arma ſenectutis artes. de Amic. Id. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumque contentio. lib. 1. Offic. Infeliciſſima per certo.

Omnino, pro Tandem.

7 *Cic. Quid enim eſt omnino ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum? pro Marc.* Che mai è.

Omnino, iunctum cum omnis.

8 *Omnino] iunctum cum [Omnis] grauem æque, ac breuem amplificationem continet. Cic. Omnino omnium horum vitiorum, atque incommodorum vna cautio eſt. de Amic.* In ſomma. *Id. Omnino omnis eruditionis expers. 2. de Orat.* Ignorante à fatto. *Id. Omnino omnia ſe facturum recepit. Att. lib. 3.* In ogni modo.

De nomine PAR. Cap. CXIX.

1 P*ar [Æqualis] proprie eſt, ac ſæpe abſolute ponitur. Cic. Cui celeritati par nulla ne cogitari quidem poteſt. lib. 1. de Nat. Deo. Id. Aut par, aut certe proximus ſum illi. libro quarto epiſt. Idem. Ingenium minime voluntati par, quæ poteſt par oratio inueniri. pro Leg. Manil. Id. Gracchus, ſi vixiſſet, eloquentia neſcio, an habuiſſet parem neminem. In Brut. Id. Cratippus, quem ego parem*

ſummis Peripateticis iudice. de Diu. Id. Erit rebus ipſis par, & æqualis oratio. In Orat. Id. Virtutes ipſas eſſe inter ſe æquales, ac pares. 1. de Orat.

Admonitio.

2 *Quoties ætas, tempusq́; ſpectatur, non [par alicui, aut alicuius] Niſi addatur (Ætati, Annis, aut aliquid huiuſmodi) ſed Æqualis dici ſolet.*

Par cum.

3 *Nonnunquam aſciſcit Cum.] Cic. Tu par tibi ius cum Alpheno fuiſſe non putas. pro Quinct. Id. Nec mihi par cum Lucilio ratio eſt. 3. de Nat. Deor.*

Par, ac. Par, atque. par, &.

4 *Interdum par, aſſumit [Ac, Atque, Et] Plaut. Si parem ſapientiam hic habet, ac fortunam. Mil. Cic. Nec mihi par cum Lucilio ratio eſt, ac tecum fuit. 3. de Nat. Deor. Id. Si par in nobis huius artis, atque in illo pictura ſcientia, fuiſſet. lib. 2. de Inu. Caſ. pari, atque antea, ratione egerunt. 3. de Bel. Ciu. Cic. Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano. In Brut.*

Par eſt, pro Æquum eſt.

5 *Cic. Par eſt autem primum ipſum eſſe bonum, deinde &c. de Amic.* E' il douere. *Id. His rebus fretum ad Conſulatus petitionē aggredi par eſt. pro Mur. Id. Mihi dubitanti quid me*

me facere par ſit. Att. lib. 9. Id. Quod ei præmium dari par fuiſſet. pro Rab. Perd. Foſſe giuſto: Conueniſſe.

De Aduerbio PARITER. Cap. CXX.

1 P*Ariter*] *à pari ductum eſt* [*Æque.*] *Terent. Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius. Heaut.*

Pariter, ac, &, atque, vt.

2 *Pariter, ac, Et, Atque, Vt, vſitata ſunt pro* [*Æque, ac.*] *Teren. pariter nunc opera me adiuuas, ac dudum re opitulata es. Phorm. Cic. Qui domi tuæ videt pariter accuſatorum, & iudicum conſociatos greges. Parad. Liu. Vir omni vita pariter patribus, ac plebi carus. 2. Ter. Nunc tu mihi es germanus, pariter corpore, & animo. Adelph. Plaut. pariter hoc, atque alias res ſolet. Menech. Salluſt. Vultu, colore, ac motu corporis pariter, atque animo varius. Iugur. Plaut. pariter moratus, vt pater, auusq́ huius fuit. Aul.*

Pariter Ac, Si. Pariter, atque vt.

3 *Salluſt. pariter ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine incedere. Iugur. Plaut. Pariter hoc fit, atque vt alia facta ſunt. Amph.*

Pariter cum, pro Simul cum.

4 *Pariter, interdum vſurpatur pro* [*Simul*]

& aſſumit [*Cum*] *Cic. Anitius, & præſentẽ voluptatem percipit pariter cum corpore, & proſpicit venientem. 5. Tuſc.* Inſieme con il corpo. *Sal. Dum adoptauit, & pariter cum filijs heredem inſtituit.* Del pari. *Iugur. Cic. pariter enim cum vita ſenſus amittitur. 1. Tuſc. Id. Conchilijs omnibus contingit, vt cũ Luna creſcant pariter, pariterq; decreſcant. 2. de Diu. Id. Secum pariter me reſpublica reportauit. Poſt red. in Sen. Id. Vt qui hæc non vidit, & vix ſe cum R. p. pariter, & cum illa extinctus ſe videatur. 3. Offic.* Inſieme con la Repub.

De Aduerbio PARVM. Cap. CXXI.

Parum. Nimium.

1 PArum, *contrarium habet* [*Multum*] *aut* [*Nimium*] *Cic. Omnibus in rebus magis offendit nimium, quam parum. In Orat.*

Parum, pro non Satis.

2 *Sæpe vſurpatur pro* [*Nõ ſatis.*] *Plau. Duas dabo, vna ſi parum eſt. Rud.* Se non baſta vna. *Id. Si parum intellexiſti, dicam denuo. Ibid.* Se tu non hai ben inteſo. *Cic. Quæram ex te ea, q̃ parum accepi. 2. de Nat. Deo.* Quel ch'io non ho ben compreſo. *Id. Ne me parũ diu vixit, qui virtutis perfecta functus*

*ctus eſt munere. 1. Tuſc. Id. Vide,ne dum te pudet parum optimatem eſſe; parum diligen ter,quod optimum ſit,deligas. Att.lib.*10.

Parum eſt, quod.

3 *Cic.parum ne eſt Piſo,quod tantum homines fefelliſti? vt,&c. pro Seſt.* Non ti baſta, che. *Ter.Sed parũ ne eſt,quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex? Phorm.* Ma è forſe poco, che &c.

De Aduerbijs PARVMPER, & PAVLISPER. Cap. CXXII.

1 P*Arumper] ex [parum,factum eſt,ſed ad tempus accommodatur. Cic. parumper cõticuit, & à cæteris ſilentium fuit.* 1. *de Orat.*Per vn poco.*Id.Diſcedo parumper à ſomnijs, ad quæ mox reuertar.* 1. *de Diu. Id.Tu velim à me animum parumper auertas. De Amic.*

Parumper, Dum.

2 *Interdum adijcitur [Dum] Plau.Cui voluptas parumper data eſt, dum &c. Amph. Ter. Dum exeo,parumper opperire hic,Andr.* Aſpetta quì alquanto fin che.

Pauliſper.

3 *Pauliſper à[paulo dictũ,idem eſt,q̃d [parumper.] Caſ.Hic pauliſper eſt pugnatũ.li.*3.

de Bel.Ciu.Salluſt.Cognitis inſidijs,pauliſper agmen conſtitit.Iugur. Si fermò alquanto. *Cic. Abeſſe domo pauliſper maluit,quam illud optime calatum argentum amittere. 6. Ver. Id.Lectica pauliſper depoſita.Ibid.*

Pauliſper, dum.

4 *Pauliſper quoque, idem vt parumper,aſſumit. Dum Cic. pauliſper dum ſe vxor (vt fit) comparat,moratus eſt.pro Mil. Plau.pauliſper tace,dum ego,&c. Mil.*

Admonitio.

5 *Quoties exiguum tempus ſignificatur, non [parum] aut [paulum] ſed [parumper, aut pauliſper]' dici ſolet. Itaque non dices [Expecta parum,aut paulum,ſed] parumper, aut pauliſper.*

De Præpoſitione PER.
Cap. CXXIII.

Per, ad perſonam relatum.

1 P*Er] vulgo ad locum.ſed ſape etiam ad perſonam refertur. Cic.Nihil intereſt, vtrum per procuratorem agas, an per te ipſum. Att.lib.4.* Per mezo del Procuratore,ò da te ſteſſo. *Id.per alium trãſigam,recede de medio.pro Roſc. Am.* Per mezo d'al tri. *Id plura detrimenta publicis rebus,quam adiumenta per homines eloquentiſſimos impor-*

portata, primo de Orat. Per via di perſone, &c.

Per ſe, ſine alterius ope.

2 *Sæpe tamen* [*Per ſe*] *eſt* [*Sine alterius ope.*] *Cic. Homo per ſe cognitus, nulla commendatione maiorum de Sen.* Da ſe ſteſſo. *Id. Nihil audacter ipſos per ſe, ſine P. Sylla facere potuiſſe. pro Syl. Id. per ſeipſa ſplendet virtus ſemper, neque alienis vnquam ſordibus obſoleſcit pro Seſt. Id. Amicitia per ſe, & propter ſe expetita. de Amic.* Da per ſe, & per ſe ſteſſa.

Per, ad tempus relatum.

3 *Alias refertur ad tempus. Cic. per eos dies, cum iſte. 7. Ver.* In quei giorni. *Id. Nulla abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua rè vtili, & ſuaui venerat. Att. lib. 2. ep. 23. Id. Nulla res per triennium, niſi ad nutum iſtius eſt iudicata. 2. Ver.* Per iſpatio di tre anni. *Id. Quam prouinciam tenuiſtis à prædonibus liberam per hoſce annos? pro leg. Man.* In queſti anni. *Id. per multas ætates fuerunt de Diu. lib. 1. Id. Duo fratres per idem tempus diſſimiles inter ſe. In Brut.* Nell'iſteſſo tempo.

Per, ad modum.

4 *Sæpe ad modum accommodatur. Cic. Cum iſte ab ſe hydriam Beoti manu factam per poteſtatem abſtuliſſet. 6. Ver.* Di potẽza aſſoluta. *Id. Symphoniacos ſeruos obducebat per iniuriam. 7. Ver.* Contra ragione. *Id. Quod*

cum per inſidias toties interficere voluiſtis. *Pro Do.* A tradimento. *Id. per ſcelus, & latrocinium ex fanis auferre. 3. Ver. Id. per luxuriem effundere, atque conſumere, quod per ſcelus ſis adeptus, pro Roſc. Am. Id. Q. Opimium per ludum, ac iocum fortunis omnibus euertit. 3. Ver.* Burlando. Da ſcherzo. *Id. per ſummum dedecus vitam amittere pro Roſc. Am.* Con ſomma vergogna. *Id. per ludum, ac negligentiam ad honores peruenire. 7. Ver.* Scherzando.

Per ſimulationem, Per ſpeciem, Per cauſam.

5 *Per ſimulationẽ, per ſpeciem, per cauſam, idẽ fere ſignificant. Cic. per ſimulationẽ amicitiæ nefariè prodiderunt. poſt red. ad Quir.* Con fintione. *Id. per ſimulationem Ædilitatis ſtatuas auferre. 6. Ver.* Sotto preteſto. *Liu. per ſpeciẽ alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmauit. lib. 1.* Con preteſto. *Id. Fratris filia Rhea Syluia per ſpeciem honoris (cum Veſtalẽ legiſſet) perpetua virginitate ſpem partus ademit. Ibid.* Sotto colore d'honorarla. *Id. per ſpeciem prædandi ex hoſtium agro, permiſſu Magiſtratuum ab Capua profecti. lib. 24. Liu. per cauſam renouati ab Æquis belli. lib. 2.* Con ſcuſa, con preteſto. *Id. Vt cum appropinquaret ianuæ rex, per aliquam cauſam ſuſtineret à tergo agmen. lib. 24.*

Per litteras.

6 *Idem eſt, quod* [*Litteris. Cic. Is à Senatu ſupplicationem per litteras poſtulauit. In Piſ. Id. Antonius purgat ſe mihi per litteras. Att. lib.* 1. Per lettere. Con lettere.

Per ætatem, pro Ob ætatem.

7 *Teren. Neque ſciebat, neque per ætatem etiam poterat. Eun.* Ne per ancora glie lo permetteua l'età. *Cic. Et primum per ætatem iudicium facere potueritis. li.* 13. *ep.* 30. *Id. Nam cum antea per ætatem huius authoritatem loci contingere non auderem. pro leg. Man. Id. Factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater eſſe potuiſti. pro Dom.* Quanto all'età.

Per, pro propter.

8 *Per*] *interdum eſt* [*propter.*] *Cic. per inuidiam depelli Tribunatu.* 3. *de Orat. Id. per iram aliquid facere, quod nos pœniteat.* 1. *Tuſc.* Per inuidia. Per colera.

Per, obſecrantis.

9 *Nõnunquam obſecrantis eſt. Cic. Ad quã recuperãda per fortunas incumbe. Att. li.* 13. Per vita tua. *Id. Sed propera per Deos. ad Brut. ep.* 15. Per amor di Dio.

Per, concedentis.

10 *Alias concedentis. Cic. per me, vel ſtertas licet.* 4. *Acad.* Quant'à me. *Id. per me iſta pedibus trahantur. Att. lib.* 4. *Id. petis, vt tibi per me liceat quendam ab exilio reducere.* 2. *Phil.* Con buona gratia mia.

Id.

Id. Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat pro Mil. Coſa, che permetta la natura, ouer le leggi.

Per valetudinem.

11 *Cic. Omnes conſulares, qui per valetudinem exequi cladem illam, fugamq́ potuiſſent. 2. Phil.* Permettẽdolo loro la ſanità. *Id per valetudinem cum poſſes venire; tamẽ noluiſti. lib. 7. epiſt. 1. Id. Cum per valetudinem, & anni tempus nauigare poteris ad nos veni. lib.* 16. Quando lo permetterà la ſanità.

De Aduerbio PERINDE. Cap. CXXIIII.

Perinde Ac, Ac ſi, Atque vt.

1 PErinde, *vſurpatur pro* [*Æque*] *vel* [*Ita*] *iungitur autem ſæpe cum* [*Ac, Ac ſi, Atque, Vt.*] *Cic. philoſophia non perinde, ac de hominum eſt vita merita, laudatur. 1. Tuſc.* A pari di quel che merita. Tanto quanto merita. *Id. Quæ per difficilia ſunt, perinde habenda ſunt ac ſi effici non poſſint. Part. Caſ. Perinde ac ſi virtute viciſſent lib. 4. de Bel. Ciu.* Come ſe. *Cic. Vereor, vt hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu poſſit, atque ipſe cogitans ſentio. pro Marc.* Così com'io l'intendo. *Id. Non perinde vt*

eſt

eſt reapſe, ex litteris percipere potuiſti. lib. 9. epiſt.15.initio. Com'è la coſa in sè.

Perinde vt, pro Prout.

2 *Perinde*] *ferè vſurpatur pro* [*prout*] *Cic. Sed hæc omnia perinde ſunt, vt aguntur. 2. de Orat.* Tali ſono, come. *Id. Hæc perinde accidunt, vt eorum, qui audiunt, mentes tractantur. In Brut.* Talmente auuengono, qualmente. *Id. Habes à patre munus M. fili mea quidem ſententia magnum: ſed perinde erit, vt acceperis. 3. Offic.* Sarà, come lo riceuerai, nè più, nè meno.

Perinde, quaſi.

3 *Perinde quaſi*] *eſt* [*perinde ac ſi.*] *Cic. Atque hęc perinde loquor, quaſi in eo ſit iniquitas eius reprehendenda. 5. Ver. Id. perinde valebit, quaſi amantiſſimi fuerint pro Cæl.* Non altrimenti, che ſe.

Perinde quaſi, per ironiam.

4 *Perinde quaſi*] *ſępè ironiam continet. Cic. Perinde quaſi Appius ille cęcus viam munirit, non qua populus vteretur, ſed vbi impune ſui poſteri latrocinarentur. Pro Mil.* Come ſe. *Id. Metelli ſperat ſibi quiſque fortunam, perinde quaſi certi quicquam ſit in rebus humanis. 1. Tuſc. Id. perinde quaſi exitus rerum, non hominum conſilia legibus vindicentur. pro Cluent. Id. perinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. 3. Ver.*

De Aduerbio PROINDE, & PROIN. Cap. CXXV.

1 Proinde, ſeu proin (quod decurtatū eſt) ſignificat (Ideo, vel, Quamobrem.) Cic. proinde bono animo ſis. Att. li. 1. ep. 6. Id. proinde ſi ſapis, vide 4. Ver. Id. proinde fac, magnum animum habeas lib. 12. epiſt. Per tanto. Ter. proin tu, dum eſt tempus etiam, atque etiam cogita. Eun. però.

Admonitio.

2 Proinde] pro [perinde] ſi quando vſurpatur, eaſdem coniunctiones, eoſdem vſus habet, ſed videndum eſt, ne ſubſit mendum, & [proinde] legatur, pro [perinde.]

De Aduerbio PLANE. Cap. CXXVI.

Plane, pro Clarè.

1 Planè, idem eſt quod [Clarè, & Apertè.] Cic. Epicurus autem, vt opinor, necnon vult planè, & apertè loqui. 2. de Fin. Parlar chiaro. Id. Sed tu dixiſti iſtud bene Latinè, parum planè. Ibid. Id. Explicari mihi tuum conſilium planè volo, vt intelligam. Att. lib. 8.

Pla-

Planè, pro Certè, vel Sanè.

2 *Interdũ vſurpatur pro*[*Certe*] *vel* [*Sane.*] *Cic. Sed ego plane vellem, me arbitrum inter eos datum. lib.*1. *de Leg.* Io certo vorrei. *Plaut. Ipſa ne ea eſt? Se. Immo planè ea eſt. Moſt.* Del certo è d'eſſa.

Plane, pro Omnino.

3 *Sæpe vſurpatur pro* [*Omnino.*] *Cic. Accepi Atticam planè belle ſe habere. Att. lib.*12. Star bene à fatto. *Id. Si te habebo, non mihi videbor planè periſſe. lib.*14. *ep.*4. Eſſer rouinatto à fatto. *Id. Vt te Leucadem deportares, vt ibi planè te confirmares. li.*16. *ep.*5. Ti rihaueſſi totalmente. *Id. Nam iſte eũ, niſi planè nihil ſapit, nunquã proferet.* 3. *Ver.* Se non è matto ſpacciato. *Id. Effice id, qđ iam propemodum, vel planè potius effeceras. In Brut.* O più toſto del tutto.

De Aduerbio PLVS. Cap. CXXVII.

Plus, pro Amplius.

1 P*Lus*] *Magis accedit ad nomen, quam* [*Magis.*] *Proinde non temere pro* [*Magis*] *vſurpandum eſt. Cic. Ne plus æquo quod in amicitia congeratur de Ami.* Più del douere. *Id. Dimidio plus ſcripſit Clodia. Att. lib.*6. La metà più.

2 *Sæpè autem vſurpatur pro* [*Amplius.*] *Cic. Moleſtum eſt vno digito plus habere.* 1. *de* N*at. Deor.* Vn dito di più. *Id. plus vna me nocte retinere non potuit.* 1. *Phil. Id. Tribunum pleb. plus viginti vulneribus acceptis, iacentem vidiſsis . pro Sext. Id. Neque vnquam plus triduo fuit : pro Roſc. Am. Id. Ac tecum anno plus vixit. pro Quinct.* Più d'vn'anno .

Plus, quam . Plus, quam.
Quantum .

3 *Aſciſcit interdum* [*Quam*] *&* [*Quam quantum. Cic. Ego habeo tui plus, quam tibi debeam, neminem lib.* 6. *ep.* 1. *Id. Qui exiſtimas plus, quam artem ipſam prodeſſe poſſe.* 1. *de Orat. Id. Ei plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant .* Più di quel che haueuan raccolto. *Id. plus multo vidiſſe videntur, quam quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt .* 3. *de Orat. Id. Si te intelligerem plus conatum eſſe reip. cauſa muneris, quam quantum præſtare potuiſſes. lib.* 9. *epiſt. vlt.*

Non plus , quam .

4 N*on plus, quam*] *comparationem quandam continet ſubobſcuram .* Cic. N*on tantum valet, vt tollat è vita amicitiam, non plus quam vt virtutes , quia nonnullas curas , & moleſtias afferunt , repudientur de Am.*

De

De Aduerbio PORRO. Cap. LXXVIII.

1 PORRO eſt] *Deinde, poſtea* εἶτα. *Terent. Moue ocyus te: vt quid agam porro intelligas. And.* Accioche tu intenda poi. *Cic. Hominibus & natura, & conſuetudine, & diſciplina leuiſſimis. porrò autem Populi Rom. conditione ſocijs, fortuna ſerui.* 3. *Ver.* Et poi. *Id. Sic porrò noſtros homines diligunt.* 4. *Verr.* Così poi, talmente, &c.

Porrò, pro Autem, δὲ, vel δή.

2 *Sæpe pro [Autem] vſurpatum continuat orationem. Cic. Occurrebat mancam, ac debilem Præturam ſuam futuram, Conſule Milone. Eum porrò ſummo cōſenſu Populi Rom. Conſulem fieri videbat. pro Mil.* ἔτα δὲ. Et poi. *Id. Nihil porrò tam inhumanum &c. pro Planc. Id. Age porrò tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretum fœderum.* 7. *Verr.* Hor ſu via. *Id. Clamabat porrò Quinctius. pro Quinct. Id. porrò autem neque mihi accidit. Att. lib.* 1.

Porrò, pro vltra.

3 *Nonnunquam ponitur pro [Vltra.] Liu. Ex loco infecto agere porrò armentum occępit. lib.* 1. Cominciò à ſpinger innanzi l'armento. *Cic. perge porrò: nam de iſto magna*

gna diſſenſio eſt. 4. de Fin. Paſſa oltre. Và pur innanzi. Seguita pure.

De Præpoſitione POST. Cap. CXXIX.

1 POſt, *quoties caſum regit, præpoſitio eſt, cui [Ante] opponitur. Cæſ. Repente poſt tergum equitatus cernitur. lib. 3. de bel. Gal. plerunque ad tempus accommodatur. Cic. Hic magiſtratus multis annis poſt Decemuiros inſtitutus. Att. lib. 1d. Aliquot poſt menſes is occiſus eſt. pro Roſc. Am. Liu. Annum poſt quintum decimum creati Conſules. lib. 5.*

Poſt. cum participio præteriti temporis.

2 *Eleganter copulatur cum participio præteriti temporis. Cic. Mea domus, quam Senatus vnam poſt hanc vrbem conſtitutam ex ærario ædificandam putauit. de Aruſ. reſpon.* Sola, dopò che queſta Città è fondata. *Id. Cauſa enim eſt poſt Vrbem conditam, hæc inuenta ſola, in qua &c. Catil. Id. Nego vnquam poſt ſacra conſtituta, tam frequens collegium iudicaſſe. de Aruſ. Reſp. Id. Sexennio poſt Veias captas. 8. de Diu.*

Poſt homines natos. Poſt hominum memoriam.

3 *Huc illa pertinent, poſt homines natos, poſt*

Poſt hominum memoriam. Cic. Longè autem poſt homines natos improbiſſimus C. Seruilius Glaucia. In Brut. Id. Vnius poſt homines natos fortiſſimi viri. pro Mil. Da che il mondo è mondo. Dal principio del mondo in quà. *Id. Optimus longè poſt homines natos: de opt. gener. or. Id. Poſt genus hominum natum pauci reperti ſunt, qui &c. pro Bald. Id. Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi, magnificentiſſimiq; ludi. In Piſ. Id. Bellum inteſtinum, ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum, & maximum. 2. Catil. Id. Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit. 5. Ver.* A memoria di huomo.

Poſt, præpoſitio cum Quam.

4 *Præpoſitio [poſt] interdum aſſumit [Quã] Cic. poſt diem quartum, quam ab vrbe diſceſſimus. Att. lib. 9. Id. poſt diem tertium geſta res eſt, quam dixerat. pro Mil.* Tre giorni dopò, che l'hauea detto.

De Aduerbio POST. Cap. CXXX.

1 POST] *aduerbium nullum caſum regit, & ſi ſæpe iungitur cum ablatiuo temporis. Cic. Ita recepi me biennio poſt. In Brut. Id. Anno poſt paulus perijt. 2. de Diu. Id.*

Paucis

Paucis poſt diebus quam Luca diſceſſerat. lib. 1. ep. 9. Id. Multis poſt annis pecunia recuperata eſt. Pro Flac. Molti anni dopò.

Admonitio.

2 *Poſt] Quoties ablatiuo iungitur, aduerbium eſt. Neque enim caſus ille à [poſt] regitur, ſed abſolute ponitur, quippe ablatiuus temporis. Semper autem, aut poſtponitur, vt [paucis diebus poſt] aut interponitur [paucis, poſt diebus.]*

De Aduerbio POSTEA. Cap. CXXXI.

1 I*Vngitur interdum [poſtea] cum interrogatione. Teren.* Quid tum poſtea? *Hec.* Et poi? *Cic. Cedo, quid poſtea? Pro Mur.* Di sù com'andò poi?

Poſtquam, poſteaquam. Poſtea vero quam.

2 *Poſt, & poſtea] ſepe aſciſcit [Quam] Cic. Heri non multo poſt, quam tu à me diſceſſiſti. lib. 12. epiſt. 48. Id. Poſt Prætor factus eſt Tuditanus, quam Conſul Memmius lib. 13. epiſt. 30. Id. Poſteaquam de meo curſu, Reipub. ſum voce reuocatus. Pro Planc.* Dapoi che io. *Id. poſtea vero quam profectus es lib. 5. ep. 2.*

Poſt vbi, vel Vt.

3 *Interdum aſſumit [Vbi] vel [Vt.] Salluſt.*

Iuſt. *Poſt vbi contagio, quaſi peſtilentia, vrbem inuaſit. Catil.* Poi come. *Cic. poſt ſenſim incedens, Iudices, vt vidit ardentes, exultauit audacius. In Orat.*

Poſtquam, poſteaquam, cum Illico. Exemplo, Repente.

6 *Poſtquam, vel poſteaquam] aſciſcit interdum [Illico, Extemplo, Repente] aut aliquid eiuſmodi. Ter. At poſtquam aſpexi, illico cognoui. Heaut. Id. poſtquam intreijt, extemplo eius morbum cognoui miſer. Hecyr. Cic. Hæc poſteaquam acta, & conſtituta ſunt, procedit iſte repente ex Prætorio. 7. Ver.* Di ſubito.

De Aduerbio POSTERIVS. Cap. CXXXII.

1 P*Oſterius pro [poſtea] vſitatum eſt, contrarium enim habet [prius] & ad tempus refertur, Cic. Iubet iſte poſterius illos ad ſe reuerti. 6. Ver.* Dice, che tornino dipoi. *Id. ipſe enim Thucidydes, ſi poſterius fuiſſet, & maturior eſſet, & mitior. In Brut. Id. Sed hæc poſterius. de Leg. Id. poſterius inquit, iſta videbimus; nunc &c. pro Quinct.* Poi ci riparleremo.

De Aduerbio POSTHAC.
Cap. CXXXIII.

1 P*Oſthac, idem eſt, quod* [*In poſterum*] *contrarium habet* [*Antehac.*] *Cic. poſthac igitur erimus cautiores. lib. 7. epiſt.* 27. Per l'auuenire. *Id. Caput autem litterarum, nihil ſibi cum illa poſthac futurum. 2. Phil. Id. Ne unquam poſthac accidere poſſit, prouidendum eſt. Catil.* Che non habbia d'auuenir mai più. *Id. Scribam poſthac ad te planius, Att. lib. 2. ep. 34.* Da hora auanti ſarò più chiaro.

De Aduerbio PRÆ.
Cap. CXXXIIII.

1 P*Ræ] eſt, Ante. Cic. Hic qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit. 2. Phil.* Potrò auanti diſe. *Illa per tranſlationem. Id. Viſi ſpeciem præ ſe boni viri ferri. 1. Off.* Se non dà moſtra d'eſſer huomo da bene. *Id. Præ te ferres perſpectum mihi quidem ſit tamen dulcem, & optatum amorem tuum. lib. 2. epiſt. 1. Id. Noli quæſo præ te ferre, vos plane expertes eſſe doctrinæ. 2. de Natu. Deor.* Far moſtra: Dar ad intendere. *Id. Vt ne præ vobis indicem veſtrarum voluntatum tulit. 2. Agr.*

Præ, in comparatione.

2 *Præ ſæpe vſurpatur pro [In] in comparatione.Terent.Hic ego illum contempſi præ me.* *Eun.* Riſpetto à me. *Cic. Illi Romam præ ſua Capua irridebant.* 2. *Agr.* A paragone di Capua.*Id.Vt neminem præ ſe homine putat.Pro Roſc.Am.* Riſpetto à ſe. *Id.Tu auſus es præ tua præda pro nihilo tot res ſanctiſſimas ducere?* 4.*Ver.Id.Omnium minas,atque omnia pericula præ ſalute ſua leuia duxerũt.* 4. *Ver.* Riſpetto della ſua ſalute. *Id. Non tu quidem vacuus moleſtijs,ſed præ nobis beatus.lib.*4.*epiſt.*4.In comparatione noſtra. *Id.Quæ ſi in illo minima fuiſſent,tamen præ ſuis facultatibus maxima putarentur. Pro Rab. Perd.* In paragone.Riſpetto alle ſue facoltà. *Id. Vt ipſe Conſul in hac cauſa præ me, minus etiam quam priuatus eſſe videatur.*2.*Ver.* In comparatione mia.

Præ, pro propter.

3 *Præ] ſæpe vſurpatur pro [Propter.]Terentius.* Præ gaudio (ita me Dij ament) vbi ſim, neſcio. *Heaut.*per allegrezza. *Plaut. Neque miſer cõmouere me poſſum præ formidine.Amph. Cic.Solem præ ſagittarum multitudine non videbitis.* 1. *Tuſc.Id. Præ cura iocari non poteram. Att. lib.* Per la ſollecitudine.*Id.Præ cupiditate,officij ſui rationem non habet. Verr. Id. Non medius fidius præ lacrymis poſſum reliqua nec cogitare, nec ſcribere. Att.lib.*9.*Id.Præ fletu; & dolere. Att.*

Præ vt.

4 *Præ, vt eſt* [*In comparatione.*] *Plaut. Parum etiam præ vt futurum eſt, prædicas. Amph.* A riſpetto di quel che ſarà. *Ter. Ludum, iocumq; dices fuiſſe illum alterum, præ vt huius rabies quæ dabit.* *Eun.* Riſpetto à quello, che cagionerà la rabbia di coſtui.

De Præpoſitione PRÆTER. Cap. CXXXV.

1 PRæter eſt [*Ante*] *ſed motum ad ſignificat. Cic. Præter oculos Lollij omnia ferebantur.* 5. *Ver.* Auanti gli occhi. *Liu. Præter Caralitem paludem agmen ductum lib.*38. *Id. Præter ripam euntibus Galli Matris Magnæ, à Peſſinunte occurrere li.*38. Lungo la riua. *Id. Præter oram Hetruſci maris Neapolim tranſmiſit. lib.* 3. Lungo la marina.

Præter, pro Extra.

2 *Interdum vſurpatur pro* [*Extra.*] *Cic. Multa autem impendere videbantur præter naturam, præterq; fatum.* 1. *Phil. Id. Cum ei nihil adhuc præter voluntatem ipſius, cogitationemq; acciderit. Catil.* Fuor del ſuo voler, & penſiero. *Id. Illud etiam accidit, præter optatum meum, ſed valde ex voluntate. In Piſ. Id. Quod quoniam præter opinionem mihi acciderat. lib.* 2. *epiſt.* 8. *Id. Præter*

ſpem

ſpem ſi quid erit, facias, vt ſciam. Att. lib. 15. *Id. Præter modum creuit lacus Albanus.* 1. *de Diu.* Fuor di modo.

Præter, in exceptione.

3 *Interdum* [*Præter*] *excipit, ſimiliter vt* [*Extra.*] *Cic. Amicum ſibi ex Conſulibus neminem eſſe video, præter Lucullum. lib.* 1. Da Lucullo in poi. *Id. Omnibus ſententijs præter vnam. Scamander damnatus eſt. Pro Cluen.* Eccetto vno.

Præter, pro Supra.

4 *Sæpe declarat Supra.*] *Cic. Teſtis eſt Phalaris, cuius præter cæteros eſt nobilitata crudelitas.* 2. *Offic.* Sopra tutti gli altri. *Id. Quod ſi vt optimum nomen conſequeremur, vnus præter cæteros adiuuiſti. Ad Q. Fr. li.* 1. *ep.* 1. *Id. Attici in eo genere præter cæteros excellunt. In Orat. Id. Hoc mihi præcipuum eſt præter cæteros. Pro Syl. Id. Loquebantur enim Decumani, & præter cæteros ij, qui apud iſtũ plurimum poterant.* 5. *Ver.* Sopra tutti.

Præterea.

5 *Propterea dictum quaſi* [*Præter ea.*] *Ad perſonas quoque accommodatur, etiam numero ſingulari. Cic. A me vero ſic diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini. li.* 4. *ep.* 3. *ideſt, præter te.* Et nõ ad altri. *Id. Hunc vnum ab hoſtibus metui, præterea neminem.* Vn ſolo, & non altri fuor di lui. *id eſt, Præter eã. Pro Mar. Id. Num qui exules reſtitui*

vnum aiebat, propterea neminem. 1. *Phil.* Vno & non più.

Præter, quam pro Niſi.

6 *Præterquam pro [Niſi] vſurpari ſolet. Cic. Nullas ijs, præterquam ad te, dedi litteras lib.* 3. *ep.* 7. Se non à te. *Id. Pro tantis rebus nullum à vobis præmium poſtulo, præterquam huius diei memoriam ſempiternam.* 3. *Catil. Id. Iuno Moneta, à qua præterquam de ſuo plena, quid vnquam moniti ſumus?* 2. *de Diu.*

Præterquam, quod, pro Niſi quod.

7 *Cic. Ego me in Cumano, & Pompeiano, prꝑterquam quod ſine te, cæterum ſatis commode oblectaui. Ad Q. Fr. lib.* 2. *ep.* 13. *Id. Neque quod diſpliceat, committam, prꝑterquam quod hominis mihi coniunctiſſimi doleo grauem caſum. lib. epiſt.* Se non che.

Præterquam quod, pro Non modo.

8 *Interdum vſurpatur pro] Non modo. Cic. Saram autem, prꝑterquam quod nefarium hominem cognoui, præterea in me contumacem. Att. lib.* 15. *ep.* 15. *Id. At id prꝑterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt.* 1. *de Diui.* Oltre che.

De Aduerb. PRIDIE, & POSTRIDIE. Cap. CXXXVI.

1 P*Ridie dictum quaſi*] *Prior die*. [Il giorno auanti.]*poſtridie, poſtero die*. Il giorno ſeguente.

Pridie, & Poſtridie quam.

2 *Æque vtrumq; copulatur cum* [*Quam*] *Cic. Pridie quam exceſſit è vita. de Am.* Il giorno primo di morire. Vn dì prima, che moriſſe. *Id. Poſtridie intellexi, quam a vobis diſceſſi. lib. 14. epiſt. 6. Id. Poſtero die, quam illa erant acta lib. 2. de Orat.*

Pridie, Poſtridie eius diei.

3 *Interdum aſſumunt* [*Eius diei.*] *Cic. Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. lib. 1. epiſt. 4.* Il giorno auanti. *Cato. Poſtridie eius diei villicum vocat, lib. 1. de Ruſt. Cic. Dolabella venit ad me poſtridie Iduum. lib. 13. ep. 46.*

Pridie, poſtridie, Idus, Nonas Kalendas.

4 *Plerunque Idus, Nonas, Kalendas, quarto caſu aſciſcunt. Cic. Ego Romam pridie Idus. lib. 13. ep. 25. Id. Si me in Tuſculano poſtridie Nonas mane conuenerint. lib. 13. ep. 14.*

De Aduerb. PRIMVM, & PRIMO. Cap. CXXXVII.

1 PRimum, & Primo] *hoc fermè diffe-runt, quod [Primum] ad ordinem re-rum pertinet.* Primieramente. [*Primò*] *ad tempus.* Prima. Da principio.

Primum, cum Deinde, vel Poſt, vel Tum.

2 *At primum ſæpe aſciſcit [Deinde] vel Poſt] vel [Tum] Cic. Primum vt monitio acerbitate careat, deinde vt obiurgatio con-tumelia careat. de Amic.* Primieramente. *Id. Primum, vt ipſe tu, tuique omnes, deinde etiam vt reliqui ſcire poſſint me, &c. lib. 3. ep. 5. Id. Pimum reditus interceſſerat in gra-tiam per Pompeium; poſt autem Cæſaris, vt illum defenderem, mira contentio eſt conſecu-ta, lib. 3. ep. 9. Id. Te valere tua cauſa pri-mum volo, tum mea. lib. 16. ep. 5.* Prima per conto tuo: poi per conto mio.

Primum, tum: poſt, vel deinde, in Enumerationibus.

3 *In tripartita enumeratione rerum ſæpe vſurpantur. [Primum, Tum, poſt, vel Dein-de.] Cic. Primum igitur eſt de boneſto, tum de vtili, poſt de comparatione eorum diſſeren-dum. libro primo. Off. Id. Quæ primum bene parta ſit, tum quam plurimis ſe utilē prebeat: de-*

deinde augeatur ratione, diligentia, parſimonia.

Primum, deinde, tum, vel poſtremo.

4 *Alias. Primum, Deinde, Tum, vel Poſtremo. Cic. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo eſſe dicendum. Pro leg. Man. Id. Primum otium Parthicum, deinde confecta pactiones publicanorum, poſtremo ſeditio militum ſedata ab Appio lib. 5. ep. 14.*

Primum, deinde, tum poſtremo.

5 *In quadripartita autem partitione, ſæpe adhibentur* [*Primum, Deinde, Tum, Poſtremo*] *Cic. Primum vt te tanto interuallo viderem; deinde vt tibi poſſem præſens gratulari; tum vt, quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus, poſtremo vt amicitia noſtra confirmaretur vehementius. lib. 13. ep. 34. Item lib. 7. ep. 2. & 3. de Nat. Deor. & ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 2.*

Primum, tum, deinde, poſt, tum, deinde.

6 *Enumerationes vero longiores, ſolent eſſe liberiores. Cic. Et ipſa charitas generis humani ſerpit ſenſim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitijs, poſt vicinitatibus, tum ciuibus, deinde totius complexu gentis humanæ. 5. de Fin.*

7 *Interdum etiam* [*Primum*] *omittitur, & pro* [*Poſtremo*] *ſubijcitur* [*Tum ad extremũ.*] *Cic. Quinque faciunt quaſi membra eloquen*

tiam, inuenire quid dicas, inuenta diſponere, deinde ornare verbis, poſt mandare memoria, tum ad extremum agere, & pronunciare. 2. de Orat.

Primum, abſolute poſitum.

8 *Interdum primum abſolutè ponitur, quia [Tum] aut [Deinde] aut tale aliquid non ſubijcitur. Cic. Primum tibi, vt debeo, gratulor, lætorque &c. lib. 2. ep. 9. Id. Primum ipſas ego Muſas nunquam tanti putaſſem. lib. 7. ep. 23. lege Paulum Manutium ad hunc locum.*

Primo, Deinde, vel poſt.

1 *Primo] vt diximus, ad tempus pertinet, cui itidem [Deinde] reſpondet, aut poſt. Cic. Ea igitur primo, neque id ipſum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur, deinde ita flagrare cæpit mentia, vt eam non pudor, &c. pro Cluen.* Da principio, &c. Da poi. *Id. Videtis in tabella iam ante quanta ſit facta labes, primo Gabinia lege, biennio poſt Caſſia de Amic.* Prima due anni dopò.

Primus, alter, tertius, Primus, ſecundus, tertius.

1 *Primus, alter, tertius, eleganter dicitur, tamen pro [Altero, Secundus] interdum ponitur. Cic. Primo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus. 1. Phil. Id. Cum ſententia prima Bibuli pronuntiata eſſet, vt tres legati regem reducerent, ſecunda Hortenſij, vt tu ſine exercitu reduceres, tertia Volcatij,*

vt Pompeius reduceret. libro primo, epiſtola prima.

Prior, & poſterior.

1 *Prior, & poſterior] de duobus dicuntur. Cic. Me Ædilem priorem, & prætorem primum Populus Rom. fecit. In Piſ. Id. Priore loco dicere. pro Quinct. Id. iam priore actione, cum hæc teſtes dicerent, intellexi. 3. Ver. Id. primas etſi vtrique, priores tamen deferunt Lælio. In Brut. Id. Qui poſterius priori non conuenit? 1. de Fin. Id. priora tempora in ruinis Reipub. noſtriſq; iacuerunt lib. 5. ep.*

De Præpoſitione PRO. Cap. CXXXVIII.

Pro, & Contra.

1 PRo] *ſæpe contrarium habet [contra.] Cic. Hoc non modo pro me, ſed contra me eſt potius. 3. de Orat.* Non è in mio fauore. Non fà per me. *Id. partim nihil contra Habitum valere, partim pro hoc eſſe. pro Cluen. Id. Non tam pro ſe, quam contra me laborare dicitur. Att. lib. 11.*

Pro, pro Ante.

2 *Interdum vſurpatur pro [Ante.] Cic. Haſta poſita pro æde Iouis Statoris, bona Cn. Pō-peij acerbiſſime voci ſubiecta præconis. 2. Phi. Id. Nonne audiente populo Rom. ſedens pro*

ade Caſtoris dixit. *Ibi*. Quanti al tempio di Caſtore. *Id*. *Illa præſidia, quæ pro templis omnibus cernitis*. *Pro Mil*.

Pro, pro In.

3 *Alias pro* [*In*.] *Caſ*. *Hac re pro ſuggeſtu nunciata*. *lib*. 6. *de bel*. *Gal*. Nel Pergamo. *Liu*. *Laudati quoque pro concione omnes ſunt*. *lib*. 38. Nella predica.

4 *Huc illud referri poteſt*. *Cic*. *Cordius pro teſtimonio diligentiſſimè laudauit*. *pro Cluen*. *id eſt*, In teſtimonio. Facendo teſtimonianza.

Pro, pro Vice, aut Loco.

5 *Nonnunquam eſt vice, aut loco*. *Cic*. *Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo fuit*. 6. *Ver*. Ti ſeruì per patibulo. *Id*. *Vnus Cato mihi eſt pro centum millibus*. *Att*. *lib*. 2. In cambio di cento mila. *Id*. *Hoc pro mercede, vel præmio tibi erit*. *Att*. *lib*. 1. *Item illa trita: Pro nihilo habere, ducere, putare, eſſe*. Stimar per niente. Tener da niente.

Pro, in comparatione.

6 *Pro*] *in comparatione ſæpe idem eſt, quod* [*Si ſpectes*.] *Cic*. *Quid eſſet, quod pro tantis opibus reipub. tantaq; dignitate imperij, nequaquam ſatis multi ciues forti, & magno animo inuenirentur? pro Seſt*. Atteſa sì gran potenza della rep. *Id*. *Sunt impij ciues pro charitate re pub. nimium multi, pro multitudine bene ſentiētium, admodū pauci*. 3. *Phil*. Atteſo. *Id*. *Quid mihi pro expectatione populi*

li Rom. pro Cn. Pompeij meritis, pro ratione mei temporis faciendum fuerit. pro Do. Per l'aſpettatione ſecondo i meriti ſecondo il tempo aſſegnatomi.

Pro, pro Secundum.

7 *Alias eſt [Secundum.] Cic. Ciuitatibus pro numero militum pecuniæ ſummas deſcribere. 7. Ver.* Conforme al numero. *Id. Non dubito autem pro tua ſingulari prudentia. quin perſpicias. lib.* 11. *ep.* 12. Conforme, Secondo. *Id. Quorum vobis pro veſtra ſapientia, Quirites, habenda eſt ratio diligenter.* 5. *Verr. Id. Ego vos pro mea ſumma, & vobis cognita in remp. diligentia moneo, pro authoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, vt &c. pro Mur.*

Pro meo, tuo, ſuo iure.

8 *Pro ſuo iure facere, aut dicere aliquid] eſt idem quod iure tuo, ac pro poteſtate, quam habeas in aliquam rem, dicere aliquid, aut facere ſine reprehenſionis metu, quod nemo poſſit id iure reprehendere. Cic. Vbi meo iure diutius eſſe poſſem. Att. lib.* 3. *ep.* 42. Giuridicamente, con piena autorità. *Id. Pro meo iure dicere. pro Flac. Plaut. Nempe pro tuo iure cras. Rud. Cic. Tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro ſuo iure contendet, ne &c.* 7. *Ver.* Per la ſua autorità. Con ogni ragione.

Pro re, Pro re nata, Pro tempore, Pro opibus.

9 *Eodem pertinent illa [Pro re, Pro re nata,*

Pro tempore pro opib. Vir. Pro re pauca loquar. 4. *Æn. Cic. Animaduerteram poſſe pro re nata te nõ incommodè ad me in Albanũ venire. Att. lib.* 7. Cõforme all'occaſione, che veniſſe. *Caſ. Conſilium pro tempore, ac receperat.* Conforme all'occorrenza, & alla coſa. *Cic. Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtate defenderit. pro Deio.* Secondo la ſua poſſibilità. *Ita* [*pro facultatibus, pro dignitate.*]

Pro mea, tua, ſua parte.

10 *Item illa* [*pro mea, tua, ſua parte*] *& alia eiuſmodi modi. Cic. Vt ita fieret, pro mea parte adiuui. li.* 5 *.ep.* 8. Per quanto toccaua à me. Quanto mi apparteneua. *Id. Omnes, qui adſunt pro ſua parte, & authoritate defendunt. pro Syl. Cic. pro ſua quiſque facultate parant.* 1. *Tuſc.* Ogn'vno ſecondo il ſuo potere.

Pro ſe quiſque.

11 *Pro ſe quiſque*] *idem eſt, quod* [*pro ſua quiſque parte. Cic. pro ſe quiſque, quod ceperat, afferebat.* 3. *Off.* Ciaſcun per la parte ſua. *Id. pro ſe quiſque manus affert.* 3. *Ver.* Ciaſcun mena le mani per la parte ſua. *Liu. pro ſe quiſque aurum, argentum, & æs publicum conferunt. lib.* 26.

Pro virili parte.

13 *Pro virili parte eſt, pro eo, quãtum vnus vir poteſt. Cic. Hæc qui pro ſua parte virili defendunt. pro Seſt. Id. Tum me eius benefi-*

cio

cio pluſquã pro virili parte obligatum puto. 13. *Phil.* Più che per vno particolare.

Pro portione, pro rata portione.
Pro lata parte.

14 *Pro portione*] *idem eſt, quod pro rata portione, vel parte. Cic. Sed opportet, vt ædibus, ac templis veſtibula, & aditus: ſic cauſis principia proportione præponere.* 2. *de Orat. Id. Qui interuallis coniuncti imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtinctis. lib.* 6. *de Rep.* A proportione. *Caſ. Quadringenta in ſingulos iugera, & pro rata parte Centurionibus, euocatiſq́; lib.* 1. *de bel. Ciu.* Per rata. *Cic. Omnia iſta perinde, vt cuique data sũt, pro rata parte, à vita, longa, aut breuia ducuntur.* 1. *Tuſc.*

Pro vt, pro eo ac, pro eo vt.

15 *Pro vt, pro eo ac, pro eo vt*] *idem declarant. Cic. Prout facultates hominis Thermitani ferebant.* 6. *Ver.* Per quanto comportauano. *Id. Primum debeo ſperare Deos omnes, qui huic vrbi præſident, pro eo mihi, ac mereor relaturos eſſe gratiam.* 4. *Catil. Id. Pro eo vt, temporis difficultas, aratorumq́; penuria tulit.* 5. *Verr.*

Pro eo quod, pro eo quantum.
In comparatione.

16 *Cic. Vereor, ne parum tibi, pro eo, quod à te habeo, reddiderim. Pro Planc. Id. pro eo quod ſe non ſuũ ſolum commodis, ſed etiam ſuorum municipiorum natum arbitrabatur.*

pro

pro Cluen. Id. Pro eo quantum in quibuſque ſit ponderis, aſtimanda ſunt lib. de Fin. Conforme à quello. *Id. Equidem pro eo quanti te facio, quicquid feceris, approbabo lib. 3. ep. 3.* Per quanto io ti ſtimo. Per la ſtima grande ch'io fò di te.

Pro eo, abſolute.

17 *Cic. Quod erit eiuſmodi, vt ſi à Cæſare, quod ſperamus impetrauerimus; tuo beneficio nos id conſecutos eſſe iudicemus: ſin minus pro eo tamen habeamus. lib. 14. ep.* Per tanto già lo teniamo.

Pro, pro Ob, vel Propter.

18 *Interdum vſurpatur pro* [*Ob, vel Propter.*] *Plaut.* Pro vapulando hercle à te mercedem petam. *Aul. Id.* Vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam. *Moſt.* Per i misfatti di coſtui. *Teren.* Heri minas viginti pro ambobus dedi. *Eun.* Per tutti due. *Cic. Miſi qui pro vectura ſolueret. Att. lib. 1.* Per la vettura. Di porto. *Id. Dixit ſe dimidium, quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum. 2. de Orat.* Per quei verſi.

Pro, Interiectio.

19 *Pro ſæpe interiectio eſt exclamantis, admirationi, aut indignationi ſeruiēs. Cic. Quæ res (pro ſancte Iuppiter) in terris geſta maiori 2. Phil. Id. Pro Dij immortales, tantum nemini hominis incredibilis, ac diuina virtus lucis afferre reip. potuit? pro leg. Man. Id. Pro*

Deum

Deum atque hominum fidem. 5. Ver. Liu. Tanquam (pro dolor) degeneramus à maioribus noſtris lib. 22. Ita nos dicamus licet [*Pro Deus immortalis* [*Pro ſancte Deus*] O Dio buono.

De Præpoſitione PROPE. Cap. CXXXIX.

Prope, Iuxta.

1 P*Rope*] *eſt* [*Iuxta.*] *Cic. Cum plebe prope ripam Anienis conſediſſet.* In *Brut.* Preſſo la riua del Teuerone. *Id. Vt non modo prope me, ſed plane mecum habitare. lib. 7. ep. 24.* Non ſolamente vicino à me, ma in caſa mia. Cō eſſo me. *Liu. Eo maiore gaudio, quo prope metum res fuerat. lib. 1.*

Prope, pro Non procul.

2 *Interdum cum ablatiuum caſum aſciſcit, vſurpatur pro* [*Non procul*] *Cic. At cum bellum in Italia, tam prope ab Sicilia gereretur, tamen in Sicilia non fuit. 7. Verr.* Tanto appreſſo. Si vcino à Sicilia. *Id. Tantum Ciuium Rom. tam prope ab domo, tam bonis fructuoſiſq; rebus detineri. 6. Ver. Id. Prope à meis ędibus ſedebas. In Piſ.* Vicin' à caſa mia.

Prope, ſine caſu.

3 *Cum ſine caſu ponitur, aduerbij vicem obtinet, & contrarium habet* [*Procul.*] *Cic.*

Vole-

Volebam prope alicubi eſſes. lib. 9. epiſt. 7. D'appreſſo. *Id. Adoleſcentia magis delectatur, prope voluptates intuens: delectatur etiam ſenectus, eas procul aſpectans de Sen.* Da vicino. *Plau. Nemo audet prope accedere. Caſin.* Farſi appreſſo.

Prope eſt, vt.

4 *Prope eſt, vt*] *eſt,* [*parum abeſt, quin*] *Liuiam prope erat, vt in ſummum cliuum euaderent. lib. 2.* Poco mancaua. *Id. Appius vicit, ac prope fuit, vt Dictator ille idem crearetur. Ibi.* Mancò poco.

Prope eſt factum, Nihil propius eſt factum.

5 *Liu. prope eſt factum, vt iniuſſu pratoris, ſignis conuulſis, in aciem exirent, lib. 25.* Poco mancò, che non vſciſſero. *Cic. propius nihil eſt factum, quam vt occideretur. Ad Quinct. Fr. lib. 1. epiſt. 2.* Mancò poco. Non ci mancò quaſi niente. *Id. Nec quicquam propius eſt factum, quam, vt illud Vticenſe exemplum de Hadriano transferretur Syracuſas. 3. Verr.* Nè ci mancò molto.

Prope adeſt vt, vel Cum.

6 *Prope adeſt*] *eſt* [*Non longe abeſt.*] *Plaut. Prope adeſt, vt fiat palam. Aul.* È vicino à farſi paleſe. *Teren. prope adeſt, cum alieno more viuendum eſt mihi. And.* Tra poco mi conuerrà viuere à modo altrui.

Pro-

Propius abſum.

7 *Propius abſum*] *idem, quod* [*Minus longe abſum.*] *Cic. Quòd eo melius cernere mihi videor, quod ab ea (morte) propius abſum. De Seneƈt.* più vicino. *Cic. Quoniam propius abis. Att. lib.* 1. *epiſt.* 1. manco lontano. Sei manco lontano. Sei più d'appreſſo.

Proximus A, vel poſt.

8 *Proximus alicui*] *fermè dicitur. Cic. Craſſo, & Antonio L. Philippus proximus accedebat in Brut. Id. Eques dignitate Senatori proximus. Pro Cluen. Id. Laudem Planco proximam conſecutus es lib.* 10. *ep.* 15.

9 *Interdum tamen præpoſitionem A, vel poſt, aſſumit. Cic. Proximus à poſtremo in Orat. Pli. Somnia à vino, & à cibis proxime. lib.* 10. *c.* 75. Subito dopò. *Cic. Qui Præfeƈtus claſſis proximus poſt Lyſandrum fuit.* 1. *Off.* Immediatamente dopò. *Id. Tum hic, fratre tuo Cenſore, qui proximus ante me fuerat. De Sen.* Immediatamente prima.

Proximus, prò proxime antecedenti.

10 *Interdum*] *Proximus* [*eſt*] *Proxime antecedens. Cic. Qui anno proximo ligati fuerunt. pro leg. Man.* L'anno paſſato.

Proximus, ſuperior. Proximus, inferior.

11 *Proximus interdum confertur cum* [*Superiore*] *vt* [*Superior*] *ſit, qui fuit ante proximus. Cic. Eſt enim obſcurũ proximis Cenſoribus hũc cum L. Lucullo apud exercitũ fuiſſe:*

ſu-

ſuperioribus cum eodem Quæſtore fuiße in Aſia: primis nullam partem populi eſſe cenſam. Pro Arch. Al tempo de gl'vltimi Cenſori. *Id. Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris. 1. Catil.* La notte paſſata, & l'altra.

12 *Alias* [*Proximus ſuperior*] *coniunguntur. Cic. Proximis ſuperioribus diebus. lib. 1. ep. 9.* Queſti vltimi giorni. *Id. Hunc proximum inferiorē orbem tenet. 2. de Nat. Deor.* Il cielo immediatamente inferiore.

Proximus, Pro Inſequenti.

13 *Nec ſolum ad tempus præteritum* [*Proximus*] *refertur; ſæpe etiam ad futurum, vt proxime inſequentem, aut conſecutum declaret. Cic. Clodius reliquit annum ſuum, ſeſeq; in proximum tranſtulit. Pro Mil. Id. Scilicet id agitur, vtrum hac petitione, an proxima Prætor fiat. lib. epiſt. Id. Hunc proxime ſeculo Themiſtocle inſecutus eſt. In Brut.* Nel ſecolo ſeguente.

Proximus in ordine.

14 *Interdum proximus refertur ad ordinē. Cic. Summa neceſſitudo honeſtatis: huic proxima incolumitatis: tertia, & leuiſſima commoditatis. 2. de Inu. Id. Ad hanc rationem natura vim maximam habet, fortuna proximam. 1. Off. Id. Satyrus obſeruat Domitium maxime: me habet proximum. Att. lib. 1.*

Proximus in cognatione.

15 *Interdum* [*Proximus alicuius*] *dicitur, qui*

qui cognatione eum, proxime attingit. Nanque proxime coniunctiores ſunt, quam proſ inqui. Cic. Tyranno occiſo, quinque eius proximos cognatione magiſtratus necato 2. de Inu. Id. Si quam præſtantiam conſecuti ſunt, impertiat eam ſuis, communicetque cum proximis. de Amic. Id. Cum hæc omnia tuis proximis plana fecero. Ver. A tuoi più ſtretti.

Proxime, cum Accuſatiuo.

16 *Proxime*] *item vt* [*Prope*] *ex quo factum eſt, accuſandi caſum interdum habet. Cic. Cum proxime Romam veniſti, libro 5. epiſt.* 2. Molto vicino à Roma. *Id. Brutus operam det, vt cum ſuis copijs quam proxime Italiam ſit.* 10. *Phil.* Più vicino ad Italia, che ſia poſſibile. *Id. Proxime terram ambit luna curſus de Vniu.* Più vicino alla terra di tutti.

Proxime, pro Maxime.

17 *Interdum vſurpatur pro* [*Maxime*] *Cic. Sed velim tibi perſuadeas, &c. me huic tuæ uirtuti proxime accedere lib.* 11. *ep.* 21. Ch'io ſono il primo dopò di te in queſta tua virtù. *Id. Vt proxime ad noſtram diſciplinam illam veterem non hanc, quæ nunc increbuit, videantur accedere.* 4. *Ver.* S'auicinano più che altri, che ſiano.

Proxime, pro Nouiſſime, aut vltimo loco.

18 *Alias pro* [*Nuperrime*] *aut vltimo loco.*

10. Cic. Proxime eſt mortuus. 2. Phil. Vltimamente. *Id. In Capitolio proxime dedicauit. 2. de Nat. Deor. Id. In ijs litteris, quas proxime à te accepi. lib. 5. ep. 5.* Di freſco.

Proxime ſuperior.

19 *Cic. Muſa eodem numero, quo proxime ſuperiores. 2. de Nat. Deo.* Quello, che ho detto pur dianzi.

Proxime, in ordine.

20 *Cic. Sapientiſſimus eſt, cui, quod opus ſit, ipſi veniat in mentem proxime accedit, qui alterius bene inuentis obtemperat. In Brut.* Più di tutti ſe gli appreſſa. *Id. proxime autem, & ſecundum Deos, homines hominibus vtiles eſſe poſſunt. 2. Off.* Dopò li Dei nel primo luogo, &c.

Proxime, atque.

21 *Cic. Non poßum non aut proxime, atque ille, aut etiam aque laborare. lib. 9. epiſt. 13.* Vicino à lui, ouero anche del pari.

De Præpoſitione PROPTER. Cap. CXL.

Propter: Cauſa efficiens, aut finis.

1 PRopter, *plerunque cauſam efficientem declarat. Cic. Eaque ſuſpicio propter eam cauſam fuit. In Brut. Id. Suſceptum onus aut propter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatē animi deponere. Pro Roſc. Am. Interdum*

terdum finem ſignificat. Cic. Tyronem propter humanitatem, & modeſtiam malo ſaluum, quam propter vſum meum. Att. lib. 7. Vbi [propter vſum] finem declarat. Id. Virtus per ſe, & propter ſe expetenda. 1. de Fin. Da per ſe, & per cauſa ſua.

Propter, pro Prope.

2 *Propter] ſepè vſurpatur pro (prope.) Cic. Vulcanus tenuit inſulas propter Siciliam, quę Vulcanię appellantur 3. de Nat. Deo.* Appreſſo à Sicilia. *Id. In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus. In Bruto. Id. Fanum ipſum eſt in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam 6. Ver. Id. propter Ædem Vulcani 4. Verr. Id. Etenim propter eſt ſpelunca quędam. 6. Ver.* Iui vicino. *Id. Duo filij propter patrem cubantes. pro Roſc. Am. Id. Hic vir clariſſimus, qui propter te ſed L. Gellius. In Piſ.* Ti ſiede appreſſo.

Admonitio.

3 *Propter] pro [prope] vſurpari ſolet, cum ſtatus in loco ſignificatur: nam cum declaratur motus [prćter] dici ſolet. Nam illud in primo lib. de Inu. Fluuius Eurotas, qui propter Lacedamonem fluit [videndum eſt, ne mendum contineat, & pro] propter [prćter] legendum ſit. Vnde prćter fluere conflatum eſſe conſtat.*

Propterea, quod, Propterea, vt.

1 *Propterea, ex propter, & ea factum eſſe apparet: vſurpatur pro [icirco] & fere cum [Quod]*

[*Quod*] *vel* [*vt*] *copulatur*. *Cic. propterea quod nullam rem grauius iam diu tuli, li.*5. *ep.* 28. *Id. Cum eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obuiam miſeram*, *lib.*6.*ep.*18. Per riſpetto,che. *Id. Propterea ſcripſi, vt me non ſine cauſa laborare intelligeres, lib.*13.*epiſt.*6.*Id. Atque hæc propterea de me, dixi, vt mihi Tubero &c. ignoſceret*. *Pro Ligar.* A fin che.

De Aduerbio QVA. Cap. CXLI.

Quaqua, pro Tum tum.

1 QVa, *proprie eſt, per, quem locum, vt planum eſt. Cic. Ipſe in templum, neſcio qua per cuniculum aſcendit.*3.*Phil. Sæpe tamen iteratur, vt ſignificet* [*Tum tum.*] *Cic. Topiarium laudaui; ita omnia conueſtiuit hedera, qua baſim Villæ, qua intercolumnia ambulationis. Ad Q.Fr. lib.*3.*ep.*17. *Id. Intelligo te diligentiſſimum eſſe, qua de Buthrotijs, qua de Bruto. Att. li.*15. Così in quanto a i Brutorij,come quanto à Bruto. *Id. Quam expedita tua conſilia, quam euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, qua congreſſus, ſermonisq; cum Cæſare. Att. lib.*9. Tanto del viaggio, quanto della nauigatione, quanto dell'abboccamento, &c.

Quacunque.

2 *Quacunque*]*eſt*[*Per quencunque locum.*] *Cic. Quacunque iter fecit,eiuſmodi fuit*; *vt non legatus Pop. Romani,ſed vt quadam calamitas peruadere videretur. 3. Ver.* Douunque fece viaggio, per tutto ſi portò in modo. *Illud tranſlate. Quacunque ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus.lib.5.de Fin.* Douunque caminiamo poniamo il pie, &c.

De Pronomine QVALISCVNQVE. Cap. CXLII.

1 QValiſcunque] *ex* [*Quali*] *factum plerunque eius vim extenuat. Cic. Turpe enim eſt nobis,illum,qualiſcũque eſt,hoc primo anno,egere. Att.li.13. Id. Sed homines beneuolos,qualeſcunque sũt, graue eſt inſequi contumelia. Att. 14.* Di qualunque ſorte ſi ſiano.

Qualiſcunque, Talis.

2 *Interdum refertur ad Talis. Cic. Qualeſcunque ſummi ciuitatis viri ſunt,talis eſt ciuitas. 3. de Leg.*

De

De Aduerbio QVAM. Cap. CXLIIII.

Quam, tam.

1 QVam] *ſape ſe ſcit* [*Tam*] *cum comparatio intercedit. Plaut. Quam tu filium tuum, tam pater me meus deſiderat. Capt. Cic. Quòd ſi quam audax ad conandum, tam eſſet obſcurus ad tegendum. 2. Ver. Id. Xenomenes hoſpes tam te diligit, quam ſi vixerit tecum. lib.* 10. *epiſt.* 1. Tanto ti ama come ſe.

Quandiu tandiu.

2 *Cic. Quorum quandiu manſit imitatio, tandiu genus illud dicendi, ſtudiumque vixit. 2. de* Orat. *lege* [*Tandiu.*]

Quam mox, *lege* Mox.

Quam pridem.

3 *Teren. Huc euaſit quam pridem pater Mihi, & mater mortui eſſent? dico: iam diu. Eun.* Quanto tempo era, che. *Cic. Quaeſo quam pridem hoc nomen Fanni in aduerſaria retuliſti pro Roſc. Com.* Quanto è, che hai ſcritto al giornale queſta partita?

Quam, pro Valde, cum poſitiuo, & interrogatione.

4 *Quam cum poſitiuo ſapè, & interrogatione iunctum ſignificat*] *Valde Cic. Suam in Senatu operam, authoritatemque quam*

magni

magni æſtimat? Att. lib. 7. Quāto la ſtima? *Id. Soles ipſi quam multi à Theologis proferũtur?* 3. *de Nat. Deo.* Quanti. *Id. Te igitur imitabor, quàm multa, quam paucis? lib.* 12. *ep.* Quante coſe in quante poche parole?

Quam, cum ſuperlatiuo.

5 *Quam cum ſuperlatiuo vſitatiſſimum eſt. Cic. An eſt mi Cicero, quod ego malim, quam te quam doctiſſimum eſſe? Partit.* Il più dotto huomo del mōdo. *Id. Commodiſſimum eſt quam laxiſſimas habere habenas amicitia. de Am.* Tener la briglia ſenta il più, che ſi può. *Id. Sed peto à te, vt quam celerrime mihi librarius mittatur Att. lib.* 16. *Id. Quo quam minime multi de iſtius nefario ſcelere audire poſſent.* 3. *Ver.* Quanti meno foſſe poſſibile.

Quam, optantis.

6 *Cic. Quam velles domi manſiſſes? Att. lib.* 6. *ep.* 2. *Id. Quam vellem, & nunc in Prouincia morari. Att. lib.* 7. Che pagherai? *Id. Quam vellem, vt te ad Stoicos inclinaſſes.* 3. *de Fin.* O come vorrei.

Quam, admirantis.

7 *Cic. Quam non eſt facilis virtus? Att.* 7. *epiſt.* 1. Come non è facile la virtù? *Id. Quam cupiunt laudari? vt putes vinti? de Fin. Id. Quam nihil prætermittis in conſilio dando? Att. lib.* 9. *ep.* 2.

Quam, cum poſſum, & ſuperlatiuo.

8 *Cicer. Dic igitur, & quam maximè poſ-*

ſum voce dico. Pro Do. E lo dico quanto più alto poſſo. *Id. conuiuium ad multam noctem, quam maxime poſſumus, vario ſermone producimus. de Sen.* Il più, che potiamo. *Id. Aues nidos conſtruunt, eosq; quam poſſunt molliſſime ſubſternunt. 2. de Natu. Deo. Id. Expoſui quam breuiſſime potui oracula. 1. de Diu.* Con la maggior breuità, ch'io ho potuto.

Quam, cum Volo, pro Quantum.

9 *Quam] cum verbo [Volo] vſurpatur pro [Quantum. Cic. Quam velit ſit potens. Pro Cæ.* Sia potente quanto ſi voglia. *Id. Quã volent in conuiuijs faceti. Pro Cæl. Id. Hic quam velit, Epicurus iocetur. 2. de Nat. Deo.* Burli pur quanto vuole. *Id. Quam voletis multi, dicent pro Cæl.* Quanti vorrete.

Quam quantum.

10 *Quam] in comparatione ſæpe aſſumit [Quantum. Cic. Vt maius quiddam de L. Craſſo, quam quantum à nobis exprimetur, ſuſpicetur. 3. de Orat. Id. Iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exarauerant. 5. Ver.* Più di quello che. *Id. Hic maiorem pecuniam prætori pollicetur, quam quantam tu dediſti. 4. Ver. Id. Sexies tantum, quam quantum ſatis ſit, ablatum eſſe. 5. Ver. Id. Alter plus petebat, quam quantum lex permittebat. 1. de Orat.*

Quam quod. Quam vt.

11 *Iungitur interdum cum [Quod, vel Vt.] Cic.*

Cic. Sed ex omnibus nihil tamen magis deſideratur, quam quod in Africam non ierim, Att. 11. Id. Sed hoc maius eſt quiddam, quam vt ab ijs poſtulandum ſit. 2. de Orat. Più di quel che ſi debba ricercar da loro. *Id. Hæc ſunt dicta ſubtilius, quam vt quiuis ea poſſit agnoſcere. 1. de Natu. Deo. Id. hoc eſt altius, quam vt nos humi ſtrati perſpicere poſſimus. 3. de Orat.* Più alta di quel che noi.

Quam quomodo.

12 *Cic. Multa præclara in eo viro cognoui, ſed nihil eſt admirabilius, quam quomodo ille mortem Marci filij tulit. De Sen. Id. Craſſum pleniorem fuiſſe putet, quam quomodo à nobis inductus eſt. 3. de Orat.*

De Aduerbio QVANDO. Cap. CXLIIII.

1 Q*Vando*] *proprie eſt* [*Quo tempore. Cic. Quando me iſta curaſſe arbitrami ni? 1. de Orat. Id. Tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum miſimus, pro leg. Agr.* All'hora, che. *Id. Vtinam tum eſſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent. 2. Offic. Id. Quando igitur eſt turpe? quando eſt pœna peccati? Pro Dom.*

Quando, & Quandoquidem, pro Quoniam.

2 *Cic. Quam quando cõplexus es, & tenet. lib. 10.*

lib. 10. *ep.* 12. poiche. *Id. Quando te'id videor, deſiderare. de Sen. Id. Quandoquidem in iſtos oratores tantopere laudas, vellem &c. In Bru. Id. Vrbes, ac ſedes ſuas relinquerent, quandoquidem agros iam ante iſtius iniurijs exagitati reliquiſſent.* 2. *Ver.* Atteſo che.

Admonitio.

3 *Frequentius tamen in ſoluta oratione vſurpatur [Quoniam] Vide infra Cap. CLI.*

De Coniunctione QVANQVAM. Cap. CXLV.

Quanquam, tamen. Quanquam, ſed.

1 Q*Vanquam plerunque quidem] Tamen aſciſcit, quod exempla paſſim docent; veruntamen interdum aſſumit]* Sed. Cic. *Quanquam egregios Conſules habemus: ſed turpiſſimos Conſulares lib.* 12. *epiſt.* 4. *Id. Quanquam à te quidem cumulate ſatis fit, ſed ſic velim, exiſtimes. li.* 13. *ep.* 32. *Id. Quanquam ipſum non videram, ſed ex familiariſſimo eius audiebam, lib.* 10. *epiſt.* 10.

Quanquam, ſed tamen; ſed certæ; veruntamen.

2 *Cic. Quanquam ſunt omnes virtutes æquales, & pares: ſed tamen eſt ſpecies alia magis alia formoſa, & illuſtris.* Se bẽ &c. ma pure &c. 3. [*de Orat. Id. Quanquam tua quidẽ*

cauſa,

cauſa,&c. vt debeo, lator, ſed certe &c. lib. 1. epiſt. 9. Id. Puto autem mea nonnihil intereſſe, quanquam id ipſum quid interſit, non ſane intelligo, veruntamen quicquid &c. lib. 5. epiſt. 21.

Quanquam, abſolutè poſitum.

3 *Quanquam interdum abſolute ponitur. nimirum, quia ad dicta magis reſpicit, quam ad ea, quæ dicenda ſunt. Cic. Si licebit, more noſtro tuebimur; quanquam admodum ſumus iam defatigati. lib. 12. epiſt. 25.* Ben che noi ſiam già molto ſtanchi. *Id. Quanquam ille quidem nihil difficilius eſſe dicebat quam amicitiam vſque ad extremum vitæ diem permanere. de Amic.* E ben vero, ch'egli dicea...

Admonitio.

4 *Hac plerunque pertinent illa, quæ modo expoſui, cum pro [Tamen] reponitur [Sed.*

De Coniunctione QVAMVIS. Cap. CXLVI.

Quamuis, pro Etiam ſi, cum] Tamen, attamen, certe.

1 *QVamuis non tam ſignificat] Quanquam [apud Ciceronẽ, quam] Etiã ſi [Aſſumit autem] Tamẽ, attamen, certe. Cic. Si me audiſſent quamuis iniqua pace, honeſte*

tamen viuerent.li.7.ep.3.Id.Res bellos geſſerat, quamuis Reipublica calamitoſas, attamen magnas.2 Phil.Id.Quamuis non fueris impulſor,& ſuaſor profectionis meæ; approbator certe fuiſti. Att.lib.16.ep. Se bene &c. almeno l'approuaſti.

Admonitio.

2 *Quãuis pro Quanquam, in principijs maxime, à Cicerone raro admodum vſurpatur.*

Quamuis, pro Quantumuis.

3 *Sæpiſſime quamuis nominibus, & aduerbijs iunctum, pro Quantumuis ponitur. Cic. Quãuis prudens ad cogitandum ſit, ſicut eſt tamen. Att.li.12.* Per prudente che egli ſi ſia. *Id. Quaſi vero mihi difficile ſit quamuis multos nominatim proferre. pro Roſc. Am.* Quanti tu ne vuoi. *Id. Quamuis paruis Italiæ latebris contentus eſſem. lib.2.ep.30.* Per picciole che foſſero. *Id. Quiduis facere in eiuſmodi rebus, quamuis callide, quãuis audacter, quamuis imprudenter. 4.Ver.* Quanto aſtutamente tu vuoi, &c.

De Aduerbijs QVANTVM, & QVANTOPERE. Cap. CXLVII.

Quantum, abſolute.

1 QVantum] *aduerbiũ ex nomine. ſæpe abſolute ponitur. Cic. Quamobrem, tu*

tu quantũ tuo iudicio tribuendum eſſe putes, ſtatuens ipſe.li.5.ep.8. Id. Quantum quidem ego intelligere potuerã.li.6.ep.11. Per quanto io poteuo comprendere. *Id. Ego quantum augurio coniectura) non deſpero fore aliquem.li.1.de Or.* Per quel ch'io vò conietturando. *Id. Hac lex Attico noſtro non placet quantum ex vultu eius intelligo. lib.3. de Leg.* Per quanto io raccolgo dal viſo. *Id. Sed tamen eſt eorum doctrina, quantum iudicare poſſum, perridicula.2.de Orat.*

Quantum in me, in te, in ipſo eſt.

2 *Huc pertinent illa [Quãtum in me, in te, in ipſo eſt. Cic. Quantum in me erit. ad Q. Fr. lib.1. ep.1.* Per quanto ſarà à me. Per quanto ſi ſtenderanno le mie forze. *Id. Non igitur, quantum in te fuit, intellexiſti Deos eſſe.lib.1. de Nat. Deor. Id. Quantum eſſe in ipſo.lib.5. ep. Id. Nam nomen ciuium Romanorum, quantum in ipſis fuit, ſuſtulerunt. Pro Flac.* Per quel che toccaua à loro. *Id. Huic profectò ipſi, quantum eſt ſuum in nobis, opem ferre debemus. Pro Arch.* Per quanto ſi ſtendono le forze noſtre.

Quantum poſſum.

3 *Sæpe [Quantum] iungitur cum verbo [poſſum. Cic. Pompeius, quem, quãtum potui. multis ſæpe orationibus ornaui. In Piſ.* Per quanto io hò potuto. *Id. Vt afflicta Reip. quantum poſſet, moderetur. Pro Flac.* A ſuo potere. *Id. Quamobrem Quirites conſilio,*

quantum potero, labore plus pene, quam potero, vigilabo pro vobis. 3. *Phil.* Quant'io potrò mai.

Quantulum, & Quantulumcunque, in extenuatione.

4 *Quantulum*] *&* [*Quantulumcunque*] *extenuationi ſeruiunt*. *Cic. Nos qui iam, & quid facere, & quantulum iudicare poßemus, oſtendimus*. 5. *Verr.* Quel poco, che potemmo. *Id. Etenim quantulum intereſt, vtrum in Maſſici radices, an in Italiam, aliove quopiam reducamini?* 2. *Agr.* V'è forſe poco differenza eh? *Id. vt ne plus nos aſſequamur, quam quantulum tu in dicendo aſſecutus es*. 1. *de Orat. Id. Miſit coniectori quantulum viſum eſt de argento ſecundo, de Diu.* Quel pocolino.

6 *Quantulumcunque apertius extenuat*. *Cic. Sed tamen quicquid erit in his libellis quantulumcunque videbitur eſſe, hoc quidem certe manifeſtum erit*. 4. *Ver.* Per poco che paia eſſerui. *Id. Ex eo quod dico, quantulum cunque id eſt, quid faciam, iudicari poteſt*. 2. *de Orat.* per pochetto, che ſia. *Id. Eaſque nos primi quicunque eramus, & quantulumcunque dicebamus, conuertimus*. *in Orat.* Et per quel poco, che noi &c.

Quantum, tantum, vel Tantundem.

6 *Interdum aſciſcit* [*Tantum*] *vel* [*Tantundem*. *Cic. Quantum me diligis, tantũ fac*

vt valeas. lib.16. ep.4. Id. Quantum me diligis, tantum adhibe diligentiæ. lib. ep. Per quanto amor tu mi porti. *Id. Quantum de illo libro, tantum de mei iudicij fama detrahatur. lib. 6. epiſt.19. Id. Quantum tibi omnes debent, quominus tãtundem ego vnus debeam, non recuſo. lib.15. ep.11.* Non niego di non ti eſſere altretanto obligato.

Quantopere, pro Quantum, vel Quam.

1 *Quantopere] refertur ad [Tantopere, & [Quantum] aut Quam] ſignificat Cic. Neque enim tantopere deſiderabam, &c. quantopere delector, &c. 2. de Or. Id. Perſpicere vos certo ſcio, quantopere Siculis hoc expediat. 5. Ver. Id. Dici non poteſt, quantopere gaudeant. Att. lib. 14.* Quanto ſi rallegrino.

De Aduerb. QVASI. Cap. CXLVIII.

Quaſi, pro tanquam, vel Sicut.

1 QVaſi] *aduerbium eſt ſimilitudinis, & [Tanquam] ſignificat. Cic. Philoſophia laudandarum omnium artium procreatrix quadam, & quaſi parens. 1. de Orat.* Come madre. *Id. Quaſi cruenta gutta imbrium. 2. de Nat. Deor. Id. Epicurus quaſi pueri delicati, nihil ceſſatione melius exiſtimat. lib. 1. de Nat. Deor. Id. Nec vero velim, quaſi decurſo ſpatio, à calce ad carceres reuocari. de Sen. Id. Sic eas exponam, quaſi negatur*

turres, non quaſi narretur. 5. *Tuſc.* Come ſe.

Quaſi ſic, Quaſi ita, pro Sicut, vel Non ſecus, ac.

2 *Interdum eſt*[*Sicut*] *vel*[*Non ſecus,ac*] *&* *aſſumit* [*Sic*] *aut* [*Ita. Cic.Vt quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit*.*lib*.9.*ep*.16. Si come l'oro nel fuoco. *Id. Litteras Græcas ſic auide arripui, quaſi diuturnā ſitim explere cupiens de Sen*. Come che s'io voleſſi cauarmi vna ſete di lungo tempo. *Id. Quaſi tua res, aut honos agatur; ita laboras. Pro Quintil.* Come ſe n'andaſſe la robba, ò l'honor tuo. *Id. Sed plane quaſi ea res nobis ſaluti futura ſit; ita cogit, atque imperat, vt &c.* 2. *Agr.* Non altrimenti, che ſe.

Quaſi, & Quaſi vero, per Ironiam.

3 *Quaſi, & Quaſi vero*] *ſæpe Ironiam continent. Cic. Medico tria millia iugerum, quaſi te ſanum facere potuiſſet*. 2. *Phil.* Come ſe. *Id. Quaſi me pudeat iſtorum, aut non poſſim, quēadmodum dicantur, eſtendere*. 2. *de Fin.* Come s'io mi vergognaſſi. *Id. Quaſi vero id cupiditate defendenda nobilitatis, aut ſtudio partium fecerit*. 3. *Ver. Id. Quaſi vero ad cognoſcendum, ego ad illos, non illi ad me venire debuerint, lib.* 3. *ep.* 7. Come ſe.

Quaſi, pro Fere.

4 *Interdum vſurpatur pro* [*Fere.*] *Cic. Ex*

his

bis quaſi decem fiſcos ad Senatorem illum re lictos eſſe. 2. *Ver.* Intorno à dieci. *Id. Quantulus vobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis.* 2. *Acad.* Quaſi della miſura d'vn piede. D'vn piede in circa. Poco più, ò meno d'vn piede.

Admonitio.

5 *Quaſi] pro [Fere] cum contrahitur numerus, ſpatium, aut aliud eiuſmodi, apud Ciceronem earum admodum eſt. Eius loco [Fere, Ferme, Pene, Prope, Propemodum] vſurpari ſolent.*

De Aduerbio QVATENVS. Cap. XLIX.

Quatenus, ad quem terminum.

1 *QVatenus] eſt [Ad quem terminum] cui reſpondet [Eatenus Cic. Quamobrem id primũ videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat, de Am.* Sino à che termine debbe arriuare. *Id. In omni re videndum eſt quatenus, &c. ſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum.* In *Orat. Id. Eſt enim quatenus amicitiæ dari venia poſſit. de Amic.* V'è vn certo ſegno, fin doue ſi poſſa perdonare. Sin'ad vn certo che ſi può perdonare.

2 *Interdum ad tempus refertur. Cic. Quibus cuſp. iis iſtos faſces Augur acciperem,*

quatenus haberem, cui traderem? 14. *Phil.* Per inſino ch'io haueſſi, à chi laſciarli?

Quatenus, pro Qua ex parte.

3 *Interdum vſurpatur pro* [*Qua ex parte.*] *Cic. Poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur, quatenus de religione dicebat, &c. Bibulo aſſenſum eſt. lib.* 1. *ep.* 2. Quanto à quella parte.

De Aduerbio QVEMADMODVM. Cap. CL.

Quemadmodum, pro Quomodo.

1 Q*Vemadmodum factum ex tribus verbis* [*Quem Ad Modum*] *idem eſt quod* [*Quomodo.*] *Cic. Velim cogites, quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis. Att. lib.* 1. *ep.* 5. In che modo. *Id. Hæc res quemadmodum ceciderit, &c. velim ad me ſcribas. Att. l.* 7. *ep.* 24. Come ſia auuenuta.

Quemadmodum, ſic: vel ita.

2 *Interdum aſſumit* [*Sic, vel Ita.*] *Cic. Vt quemadmodum gubernatores optimi vim tẽpeſtatis, ſic illi fortunæ impetum ſuperare non poſſent. Ad Q. Fr. lib.* 1. *ep.* 1. Si come. *Id. Si quemadmodũ ſoles de cæteris rebus, cũ ex te quærũtur, ſic de amicitia diſputaris. de Amic. Id. Tu quemadmodum me cenſes oportere eſſe in repub. &c. ita & eſſe, & fore auricula infima molliorem ſcito. Ad Q. Fr. lib.* 2. *ep.* 14.

Quem-

Quemadmodum, ſed.

3 *Alias* [*Sed.*] *Cic. Nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. Pro Flac. Id. Quarat non ſolum, quemadmodum noſtro crimini, ſed etiam quo pacto ſua confeſſioni mdeeatur. 3. Ver.*

De Pronomine QVIS, vel QVI. Cap. CLI.

1 QVis] *ſeruit interrogationi, vel dubitationi. Cic. Quis clarior in Grecia Themiſtocle quis potentior? de Amic. Interdũ aſſumit.* [*Qui.*] *Cic. Iam hoc, quis tũ fuit Siracuſis, qui non audierit? 7. Ver.*

2 *Huc ſpectant illa. Cicer. Conſidera, quis quem fraudaſſe dicatur. Pro Roſc. Com.* Chi ſia quello, che ſi dice hauer fraudato, & quale la perſona, che ſi dica eſſere ſtata fraudata.

Qui, pro Quis.

3 *Qui ſine interrogatione, ac dubitatione adhiberi plerunque ſolet. Cic. Nego ius eſſe, qui miles non ſit, pugnare cum hoſte. 1. de Offic. Id. Miſi, qui hoc diceret pro familiaritate. 1. Phil.* Glielo mandai à dire.

4 *Interdum tamen* [*Qui* pro [*Quis*] *vſurpatur. Cic. Qui tantus fuit labor? quæ ſi multas? pro Do. Id. Qui vir, & quantus fuiſſes? 2. Phil. Id. Vereor, ne qui ſit. In Piſ. Id. Si diligen*

ter,

ter,qui vir ille fuerit,cõſiderabis. (*Pro Mar.*

Che huomo.

Qui, pro Vt.

5 *Interdum* [*Qui,quæ,quod*] *vſurpatur pro* [*vt Cic. Nec ſum tam inſolens, qui Iouem eſſe me dicam. pro Do.* Tanto impertinente,ch'io dica. *Id. Talem autem te eſſe oportet,qui primum te diſiungas. lib.*10.*ep.*6.

Qui, pro Qualis.

6 *Alias pro*[*Qualis.*]*Cic.Sed illum cum eſſe puto,qui eſſe debet.Att.lib.* Tale,qual'eſſer dee. *Lege pronomen* [*Is.*

Quis,pro Aliquis.

7 *Quoties antecedit* [*Si,Niſi,Ne,*] *pro*[*Aliquis*]*eleganter dici ſolet.Cic. Si te in iudiciũ quis adducat.*2. *Phil. Id. Niſi quis nos Deus reſpexerit. Att.li.*1.*ep.*11. *Niſi quid de Epaminonda ſuſpicari libet.In Brut.Id.Ne quis agrum conſecrato. lib.*2. *de Leg. Id. Vt ne quare agerent. lib.*1. *Offi.*

Qui,quæ,quod, præpoſitum.

8 *Qui, Quæ, Quod*] *eleganter præponitur: ſubijcitur autem* [*Hic, vel* Is.*Cic.Sic ad nos confirmatus, reuertere? vt quam expectationem tui concitaſti,hãc ſuſtinere, ac tueri poſſis.li.*2.*ep.*1.*Id. Quæ ad te pertinere arbitrabor,ea mea ſponte faciã. lib.*6.*ep.*8.*Id. Quæ didiciſti, ijs hoc tempore vtare. lib.*6. *ep.*23. *Id. Quarum laudum gloriam ad amaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs eſſe laborandum. lib.*2.*ep.*4.

Qui,

Qui, Idem.

9 *Interdum ſubijcitur [Idem] aut nonnullis vocibus interiectis, aut etiã proximè. Plaut. Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur bonum. Aſina. Cic. Vt qui libertati finis erit in illa vrbe, idem ſit vrbi. lib. 2. epiſt. Id. Qui mille modium ſuæ partis in cellam gratis dediſſet, idem nunc, &c. 5. Ver. Id. Quod idem fecit L. Philippus vir, auo, patre, maioribusq; ſuis digniſſimus. 3. Phil.*

Quid hominis, Quid mulieris.

10 *Quid hominis [pro [Quis homo] Quid mulieris] pro [Quæ mulier] eleganter dicimus. Ter. Quæſo quid tu hominis es? Heau.* Che huomo ſei tu? *Id. Quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt? Eun. Plaut. Quid ſit hoc hominis Amphit. Cic. Exponam vobis breuiter, quid hominis ſit. 4. Ver.* Che huomo egli ſia. *Ter. Sed quid mulieris vxorem habes? Hecy.* Che donna è queſta, che tu hai per moglie?

11 *Eiuſdem generis ſunt illa.] Quid animi [pro] Quis animus [Quid rei] pro [Quæ res?] & alia eiuſmodi. Plaut. Quid ſit ei animi. Mer. Ter. Quid cum illa tibi rei eſt? Eun.* Che coſa hai tu da far con lei? *Caſ. Quid ſui conſilij ſit, oſtendit. 1. de bel. Ciu.* Che diſegno ſia il ſuo. *Ter. Quid iſtuc gaudij eſt? Andr.* Che allegrezza à coteſta?

Quid,

Quid, pro Cur. Quid ita, pro Cur ita.

12 *Quid*] *ſæpe ponitur pro*[*Cur*. *Teren*. *Quid ego factum neſciam? Heaut.* Perche vuoi, ch'io non ſappia, quanto è ſeguito? *Virg*. *Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles?*

Cic. *Accuſatis Sex. Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit*. *Pro Roſc. Am*. Perche cauſa? *Id. Quam moleſtum eſt vno digito plus habere? quid ita? quia &c. de Nat. Deo.* Perche queſto? *Id. Sed quid ego argumentor quid plura diſputo? pro Mil.* Ma che ſtò io à diſcorrer più?

Quid eſt, quod, vel Cur, vel Quamobrem.

1 TAntus [*aſciſcit Quantum.*] *Idque vel vno duntaxat verbo copulatum, vel duobus diuerſis, vel eodem iterato*. *Cic. Tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea in vlla cauſa.lib.5.ep.8.Id.* Frequentia *veſtrum incredibilis Quirites; concioque tanta, quantam meminiſſe non videor.4. Phil. Id. Amicitia tantas opportunitates habet, quantas nõ queo dicere.de Amic. Id.* Ego *in vita mea nulla vnquam voluptate tanta ſum affectus, quanta afficior hac integritate. Att.lib.5.epiſt.20.*

Tantus, quantus maximus.

2 *Interdum aſſumit*[*Quantum maximũ.*] *Cic. Fingere animo iubebat, tãta inſitatũ voluptate corporis, quãta percipi poſſet maximâ:*

De Sen. La maggior, che ſi poſſa imaginare. *Id. Tanta eſt inter eos quanta maxima poteſt eſſe morum, ſtudiorumque diſſenſio. de Amic.* Vi è il maggior diſparere, che poſſa eſſere.

Tantus, vt.

3 *Nonnunquam aſſumit*] *Vt Cic. Tanta vis probitatis eſt, vt eam etiam in hoſte diligamus.* De *Amic. Id. Tantus fuit amor, vt exhauriri nulla poſſet iniuria. Att. lib. 2. ep. 2.*

Tantum quantum.

4 *Tantum quantum*] *non eſt idẽ quod Tam. Quam*] *ſed* [*Tam multum quam multum*] *Itaque non cum nominibus, & participijs, ſed cũ verbis vſurpari ſolent. lege*[*Tam Quam.*] *Tantum autem, & quantum*] *copulantur tũ verbo vno, tum duobus diuerſis, tum eodẽ iterato. Cic. Gratia tantum poſſumus, quantum victi. lib. 4. ep. 7. Id. Tecum ero, quantũ patietur vtriuſque ætas. lib. 5. ep. 13. Id. Si huic cõmendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuiſti plurimum. lib. 13. ep. 12. Id. Si me amas tantum, quantũ profecto amas. Att. lib. Idem Neque tantum eſt in re, quantus eſt ſermo. Att. lib. 1. ep. 16.* Tanto è, quãto ſi dice. *Interdum pro Tantum. Tantundem dicitur. Cic. Magiſtratibus tantundem detur in cellam, quantum ſemper datum ſit. 5. Ver.*

Tantum vt, vti, vtine.

5 *Tantum. Aſſumit*] *Vt, Vti, Vtine. Cic. Tantum cibi, ac potionis adhibendũ, vt reficiãtur vires,*

vires non opprimantur. De Sen. Caſ. Tantum eſſe nomen, atque opinionem exercitus Romani; vti etiam ad vltimas Germanorum regiones, &c. 4. de bel. Gal. Id. Tantumque a valle eius prima acies aberat: vti ne in eam tela, tormentaue adigi poſſent. lib. 3. de bel. ciu.

Tantum aduerbium abſolute.

6 *Interdum abſolute ponitur. Cic. Præſertim cũ hi mores tantum iam ad nimiam leuitatem, & ambitionem incubuerint. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 2.* Tanto forte ſi ſiano piegati.

Tantus, & Tantum, nomen abſolute, Tantundem.

7 *Tantus, & Tantum interdum abſolute ponuntur. Cic. Vrbs tanta, & talis. 3. de Nat. Deor. Id. Tantum ingenium in iam leues ſententias incidiſſe. 1. de Nat. Deor.*

Huc pertinet Tantũdem. Cic. Vndique ad inferos tantundem via eſt. 1. Tuſc. Tanta via vi è da vn luogo, quanta da vn'altro.

Tantus, & Tantum in Epiphonemate.

8 *Interdum in Epiphonemate adhibentur Cic. Vltro ſe offerent omnes. Tantus ardor omnium animos occupauit. lib. 11. ep. 8. Id. Deducebatur cereo funali & tibicine. Tantum licentiæ dabat gloria. De Seneſt.*

Tantulum, Aduerbium.

9 *Tantulum*] *vim habet extenuandi. Cic. Quorum oratione ne tantulum quidem commotus eſt. 4. Ver.* Ne pur vn tantino. *Id. Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte conce-*

 dit.

dit. Pro Roſc. Am. Id. Si quis tantulum de recta regione deflexerit. 5. Ver.

Tantulus, nomen, cui Quantulus opponitur.

10 *Cic. Tantulum malum. 2. Tuſc. Id. Si tantulum mora fuiſſet, quo minus ei pecunia numeraretur. 4. Ver.* Se ſi foſſe tardato vn tantino. *Id. Vt huic tantula epiſtola vix tempus habuerim. Att. lib. 1. epiſt. 9.* Per queſte quattro righe.

Tantum abeſt, vt Tantum abeſt vt, vix, Etiam.

11 *Tantum abeſt, iungitur, cum Vt. Interdũ aſſumit [Vix] aut [Etiam.] Cic. Tãtum abeſt ab officio, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. 1. Off. Id. Tantũ porro aberat, vt binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt. Att. lib. 13. ep. 21.* Tanto erano lontani da ſcriuerne due per vno; che ne compirono vno. *Id. Qua in vita tantum abeſt, vt voluptates ſectentur etiam curas, ſollicitudines, vigilias perferunt. 5. de Fin.* Tanto ſono lontani da cercar diletti, che d'auantaggio.

Tantum abeſt vt, cum Vt maxime: Vt minime, Vt valde.

12 *Tantum abeſt vt, aſciſcit interdum [Vt maxime, Vt minime, Vt Valde] & alia eiuſmodi. Cic. Tantum abiſſe dicebat, vt id conſentaneum eſſet, vt maxime repugnaret. 2. Acad. Id. Tantum abeſt, vt amicitia propter indigentiam colatur; vt ij, qui, &c. minime*

nime alterius indigeant, de Amic. Id. Tantum abeſt, vt ille meam ſententiam moueat, vt valde ego ipſi, quod de ſua ſententia diſceſſerit, pœnitendum putem. Att. lib. Id. Tantum abeſt vt eneruetur oratio, vt aliter in ea, nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit. In Orat. Id. Tantum abeſt, vt Panſa de exercitu ſuo, ſibi aliquid tribuat; vt etiam moleſte ferat, tam multos ad ſe ire voluntarios. ad Brut. epiſt. 5. & 2. Tuſc.

Tantum Aduerb. & Tantummodo, pro Solum, vel Duntaxat.

13 *Sæpe, pro [Solum] aut [Duntaxat] vſurpatur. Cic. Nomen tantum virtutis vſurpatur. Cic. Nomen tãtum virtutis vſurpas: quid ipſa valeat, ignoras. Parad. Verum interdum aſciſcit [Modo.] Cic. Arbores tantummodo per ſtirpes aluntur ſuas. lib. 2. de Nat. Deo. Id. Neque enim Oratorem tantummodo, ſed hominem non putant. 6. Ver. Id. Quæ omnia ſuppreſſa voce dixit: tantummodo, vt vos, qui ea probaretis, poſſetis exaudire. Pro Syl.*

Tantum, cum Dico, Video, aut Dicam.

14 *Sæpe Tantum iungitur cum [Dico] Video, aut [Dicam.] Cic. Qualis fuerit, non audeo dicere. Tantum dico, poſt &c. Att. lib. 10. ep. 4. Id. Cuiuſmodi ſunt, neſcio: tantum video, nullius adhuc conſilia &c. lib. 6. ep. 18. Id. Tantum dicam, nihil mihi gratius eſſe; quã quod eam diligis. Att. lib. 11. ep. 7. Id. Nihil dicam arrogãtius: tantũ dicam. pro Mur.*

Non

Non tantum, pro Non ſolum.

15 *Cic. Non tantum parum commode, ſed etiam turpiter.* 1. *de Orat.*

Tantum non, pro Hoc ſolum defuit.

μον ϒϗχὶ.

16 *Tantum non*] *eſt* [*Hoc ſolum defuit.*] *Liu. Et cum hoſtes tantum non acceſſerint, exercitus conſcribi aduerſus hoſtes non patiantur. lib.* 4. *Id. Vt vidit non poſſe æquare ordinem Romanos, & tantum non tam circumiri a dextro cornu, concitat naues. libro* 37. *Id eſt* [*prope circumiri.* Non mancaua, ſe non che foſſero colti in mezzo. *Suet. Tantum non ſtatim à funere ad negotiorum conſuetudinem rediјt, Tiber.* Sol queſto ci reſtò.

Tantum, quod non.

17 *Interdum interponitur*] *Quod. Cic. Tantum quod hominem non nominat.* 3. *Ver. Id. Tantum quod aratoribus obſides non dedit.* 5. *Ver.* Sol queſto ci mancò, che.

Tanti eſt, pro Expedit.

18 *Tanti eſt pro* [*Expedit*] *eleganter ponitur. Cic. Hic tibi in mentem non venit iubere, hæc quoque, vt referret &c. fuit tanti mihi crede; haberes, quod defenderes.* 6. *Ver.* Ti metteua conto. Ti tornaua bene. *Id. eſt mihi tanti Quirites huius inuidiæ falſæ, & iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodo à vobis huius horribilis belli periculum depellatur. Catil.* 2. Mi contento.

Nihil

Nihil tanti eſt, pro Non expedit.

19 *Nihil tanti eſt, pro [Non expedit] aut [Non tanti faciendum eſt] elegantiſſime dicitur. Cic. Iuratus tibi poſſum dicere, nihil eſſe tanti. Att. lib.* 2. Che non mette conto. Non torna bene. *Id. Nunc mihi nihil tanti eſt faciam, quod volunt. Att. lib.* 13. Non ne fo tanto conto. Non me ne curo. *Id. Nihil nobis fuerat tanti. Att. lib. 5. ep. 8.*

Nihil tanti eſt, cum Vt, vel Quo.

20 *Interdum adhibetur Vt, vel Quo. Cic. Nihil tamen tanti, vt a te abeßem, fuit. Att. lib. 12. ep. 3.* Non ne feci tanta ſtima, che io voleſſi per ciò ſtar lontano da te. *Id. Tibi certe tanti non fuißet, vt ſocium fraudares. Pro Quinct. Id. Tanti non fuit Africam capere, vt earum rerum, quæ hic geſta ſunt, ſpectaculo careres. Cæl. Cic. lib. 8. ep. Id. Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram. Brut. in epiſt. Cic. lib. 16.*

De Aduerbio TATOPERE, Cap. CLXXXV.

1 T*Antopere, ex [tanto opere] conflatum eſt. Cic. Iſtud neſcio quid quod tantopere didiciſti. Pro Mur. Vſurpatur pro [tantum.] Cic. Neque hoc tantopere quærendum videretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. Pro Quinct.*

Tan-

Tantopere, quantopere,
Tantopere, vt.

2 *Aſſumit autem interdum Quantopere vel Vt Cic. Neque enim tantopere hanc, à Craſſo diſputationem deſiderarem, quantopere eius oratione in cauſis delector.* 1. *de Orat. Id. In quo tantopere apud noſtros culta iuſtitia eſt vt ij, qui &c.* 1. *Offic.*

De Aduerbio TEMERE.
Cap. LXXXVI.

1 TEmere] *eſt quod barbari dicunt* [*Caſu.*] *Cic. Non enim temere, nec fortuito ſati, & creati ſumus.* 1. *Tuſc. Id. Non ſcribo hoc temere: cui ſcribam, video. lib.* 2. *ep.* Non ſcriuo queſto a caſo. *Id audacter hoc dico, non temere confirmo. Pro Font.* Non ſenza perche.

Non temere eſt.

2 *Non temere eſt, Terentianum eſt. Neſcio quid triſtis eſt, non temere eſt. Neaut.* Non è ciò per niente. *Id. Non temere eſt, quod tu tam times. Phor.* Non ſenza perche. *Barbari dicunt* [*Non ſine quare.*]

De

De Pronomin. Tot, & TOTIDEM. Cap. CLXXXVII.

Tot, quot. Tot, vt.

1 TOt fere aſſumit vel *Quot*, vel *Vt* Cicero. *Quot homines, Tot cauſæ*. 2. de Orat. Id. *Quid miſerius, quam eum, qui tot annos, quot habet, deſignatus Cōſul fuerit fieri Conſulem non poſſe*. Att. lib. 4. ep. 8. Id. *quæ cum viderem tot veſtigijs impreſſa, vt in his errari non poſſet, non aſcripſi*. lib. 5. ep. 20.

Tot, abſolute.

2 *Interdum abſolute ponitur*. Cic. *Tot viri, ac tales*. Pro Cal. Id. *Tot, ac tanta, & tam graues ciuitates*. 4. Ver. Tante, & ſi grandi.

Admonitio.

3 *Tot*] *ad numerum* [*Tanti*] *ad magnitudinem referuntur*.

Totidem, quot.

4 *Totidem aſciſcit Quot*, Cic. *Sententiarum autem totidem genera ſunt, quot diximus eſſe gradus oratorum* de opt. gen. Id. *Totidem quot dixit, vt aiunt, verbis ſcripta oratio*. In Bru. Id. *Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum*. In Orat. Altretante ſono, quante.

Totidem, abſolute.

5 *Nonnunquam abſolute ponitur*. Cic. *Illum ego locum totidem verbis à Dicæarcho* tran-

tranſtuli. Att.lib.6.ep. Id. Quam (epiſtolam) modo totidem verbis interpretatus ſum. 2. de Fin. Con altrettante parole. *Id. Gemini fratres fuerunt: at hi non totidem annos vixerunt. 2. de Diu.* Non tanti anni viſſe l'vno, quanti l'altro.

De Aduerbio TOTIES, Cap. CLXXXVIII.

1 TOties *plerunque abſolute ponitur. Cic. Tot pretores in Sicilia fuerunt. toties apud maiores noſtros Siculi Senatum adierunt. toties hac memoria, tamen, &c. 4. Ver. Id. Non ipſa praconis voce excitatus es? qui te toties iuniorum, ſeniorumq́ centurijs illo honore affici pronuntiauit? 7. Ver. Id. Interim velim, mihi ignoſcas, quod ad te ſcribam tam multa toties. Att. lib. 7.*

Toties, quoties.

2 *Interdum aßumit Quoties. Cic. Illud ſoleo mirari non me toties accipere tuas litteras, quoties Q. Fratre mihi afferuntur. lib. 7. ep. 7.* Che io non riceua tue lettere ogni volta, che. *Id. Ante condemnentur ij, quorum cauſas receperimus, quam toties quoties praſcribitur, Pœnam. aut Munionem citarimus. 1. de Orat.*

De

De Aduerbio TVM. Cap. CLXXXIX.

Tum, pro Tunc.

1 *TVm pro Tunc vſitatiſſimum eſt. Cic. Tum mihi Roſcius, & alia multa confirmandi mei cauſa dixit. Pro Quinct. Id. Non eos ſolum qui tum erant figebat maledictis. 1. de Nat. Deor.*

Admonitio.

2. *Cicero quidem libentius vſurpat [Tum] quam [Tunc.]*

Tum, cum Nunc.

3 *Sæpe confertur cum Nunc. Cic. Tum eſt Cato locutus, nunc Lælius de Am. Id. Tum enim eramus in maxima ſpe: nunc ego quidem in nulla. Att. lib. 9. ep. vlt. Id. Niſi forte hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. Att. lib. 7.*

Tum, cum; cum iam.

4 *Sæpe etiam aſſumit Cum, vel Cum iam. Cic. Qui tum Rex fuit, cum Romæ Regem licebat. 2. Phil.* All'hora quãdo. *Id. Cui tum, cũ iam in armis eſſemus, Conſulatus tamen, & triũphus ampliſſimus deferebatur. In Par.*

Tum maxime cum. Tum denique cum.

5 *Interdum augendi cauſa [Maxime] aut [Denique] adijcitur. Cic. Fructus enim ingenij & virtutis tum maxime capitur, cum in*

proximum quenque confertur. de Amic. Al-l'hora più che mai. *Id. Tum denique cum illo venimus. Att. lib. 15. Id. Quæ non tum denique incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt, ſed cum orta eſt. 2. de Leg. Id. Qui tum denique ſibi auelli iubet ſpiculum, cum lib. 5. ep.*

Tum, Tum denique, Tum demum cum Si τότε δή.

6 *Tum] Tum denique [Tum demum] non nunquam cum [Si] copulantur. Cic. Quæ ipſa tum eſſet iucundior, ſi vlla res eſſet publica: lib. 12.* In tal caſo ſe. *Id. Sed tum id audirem, ſi tibi ſoli natus eſſes. Pro Marc. Id. Plato tum denique fore beatas reſp. putauit, ſi aut docti &c. Ad Quin. Fr. lib.* 1. *ep.* 1. Al-l'hora, quando. *Id. Qui mihi tum denique ſalutem ſe putauit reddere, ſi eam nullis ſpoliatam ornamentis reddidiſſet. pro Lig. Plau. Tum demum ſciam recte monuiſſe, ſi tu recte caueris. Menach.*

Tum verò, Tum dumum, Tum denique abſolute.

7 *Cic. Tum vero illa egregia, ac præclara mater exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit. Pro Cluen. quod Demoſthenes diceret: τότε δή τότε.* All'hora sì, che. *Id. Tũ vero virtus, atque honeſtus labor honoribus, præmijs, atque ſplendore decoretur. 1. de Orat. Liu. Tum demum impulſi Latini, perculſaque inclinauit acies lib. 2.* All'hora finalmẽte. *Id. Vtraque re ſatis experta, tum demum Conſules.*

ſules, &c. Ibid. Cic. Ita prope quadraginta diebus interpoſitis, tum denique ſe ad ea, quæ à vobis dicta erant, reſponſuros eſſe arbitrantur. 2. Ver.

Tum, pro Deinde.

8 *Tum] interdum pro [Deinde] vſurpatur. Cic. Tum rationes in ea diſputatione à te collectæ vetabant me reip. penitus diffidere. lib. 5. epiſt. 13.*

Tum, Tum geminatum.

9 *Interdum iteratur pro Modo, Modo. Cic. Nunquam ab ſole longius diſcedit tum antecedens, tum ſubſequens. 2. de Nat. Deor.* Hor precedendo, hor ſeguitando. *Id. Tum hoc, tum illud dicis. Top.* Hor queſta coſa, hor quella. Hor vna, hor vn'altra coſa. *Id. Differo in vtranque partem tum Græce, tum Latine. Att. lib.* Tanto in Greco, quanto in Latino. *Id. Iſque (aer) tum fuſcus, & extenuatus in ſublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. 2. de Nat. Deor.*

10 *Alias pro Et, Et. Cic. Scripſiſti epiſtolam ad me plenam conſilij, ſummaque tum beneuolentiæ, tum etiam prudentiæ. Att. libro.* D'vna ſomma coſi beneuolenza, come ancora prudenza.

De Aduerbio VBI. Cap. CXC.

Vbi, pro In quo vel In qua.

1 VBi aduerbiũ loci, ſæpe vſurpatur pro [In quo] vel [In qua.] Cic. Vt is cuique locus, vbi ipſe ſit, miſerrimus eſſe videatur. lib. 4. epiſt. 4. Id. In ea vrbe natus es, vbi nata; & alta eſt ratio, ac moderatio vitæ. lib. 6. ep. 1. Id. Porticus hæc ipſa, vbi inambulamus. lib. 2. de Orat.

2 Accommodatur etiam ad perſonas, & ad numerum multitudinis. Cic. Neq; nobis adhuc præter te quiſquam fuit, vbi noſtrum ius contra illos obtineremus. Pro Quinct. Id. In his ſermonibus, qui Dialogi dicuntur, vbi etiam de induſtria faciendum fuit. In Orat. pro [In quibus.]

Vbi terrarum. Vbi gentium.

3 Vbi terrarum, Vbi gentium] amplificationem continent. Cic. Quid ageres, vbi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem. Att. li. 5. ep. 97. Id. Vbi terrarũ ſumus? Pro Rab. Poſt. In che paeſe ſiam noi? Plau. Vbi nam eſt is homo gentium? Menæch. Fra quai genti ſi ritroua colui?

Vbi, Ibi.

4 Vbi] interdum cum [Ibi] copulatur. Cic. Tempus eſt huiuſmodi, vt vbi quiſque ſit, ibi eſſe minime velit. lib. 6. ep. 4. Id. Ibi malis eſſe, vbi aliquo numero ſis; quã iſtic, vbi ſolus ſa-

ſapere videare. lib. 1. epiſt.

Vbi, Pro Poſtquam.

5 *Sape etiam Vbi, pro Poſtquaam vſurpat. Cic. Vbi galli cantum audiuit. In Piſ. Id. Vbi ſemel quis peierauerit; ei credi poſtea, etiamſi per plures Deus iuret. non oportet. Pro Rab. Poſtb.* Com'vna volta vno &c.

Vbi, cum Tum; Tum demum; Tum denique.

6 *Interdum aſciſcit Tum, Tum demum, Tũ denique. Cic. Vbi dolorem ex illius iniurijs co gnoui &c. tum eas hortatus ſum, vt &c. 6. Ver.* Quando io conobbi, all'hora. *Plaut. Vbi expoliuere magis, hoc tum dices, nã etiã rude eſt. Pænul. Cato. Vbi trima ſunt; cũ demũ matura sũt. c. 45.* Quando ſono di tre anni; all'hora sì, che sõ mature. τότε δὴ.

Vbi, cum Statim, Continuo, Ibi.

7 *Alia aſſumit Statim, Continuo. Ibi. Cic. Hac vbi filio nunciata ſunt, ſtatim examinatus ad ædes contendit. 3. Ver.* Come venne queſta nuoua al figlio, incontinente. *Ter. Vbi aperuit oſtium, continuo hic ſe conijcit intro. Heau.* Subito, che aperſe l'vſcio, &c. *Id. Vbi te non inuenio; ibi aſcendo in quendam excelſum locum. And.*

Vbi, cum Quam primum, Illico, Subito, Exemplo.

8 *Nonnunquam iungitur cum] Quamprimum, Illico, Subito, Ex templo. Cat Olea vbi matura erit; quamprimũ cogi oportet. c. 64.*

Plaut.

Plaut. Hac vbi legati pertulere; caſtris illico producit omnem exercitum. Amphit. Subito che i legati, &c. *Caſ. Vbi Caſaris caſtra poſita animaduertere; ſeſe ſubito proripiunt. lib. 1. de bel. ciu. Plaut. Vbi erit otium; reuertere ad me extemplo. Epid.* Come tu haurai tempo tornatene da me ſubito.

Vbi primum, cum Tum, Illico.

9 *Vbi primum*] *iungitur cum* [*Tum*] *aut* [*Illico.*] *Cat. Vbi primum incipiunt hiſcere; tum legi oportet. cap.* 17. Subito che cominciano ad aprirſi; all'hor ſi deon coglierę. *Plaut. Vbi primum eſt licitum; illico properaui abire de foro. Menech.*

Vbinam, Vbinam gentium.

10 *Vbinam*] & [*Vbinam gentium*] *vim habet augendi. Cic. In qua non video, vbinam mens conſtans, & vita beata poſſit inſiſtere. lib. 1. de Nat. Deor.* Doue mai. *Id. O dij immortales, vbinam gentium ſumus? 1. Catil.*

Vbi vis. Vbicunque. Vbicunque gentium. Vbi vbi.

11 *Vbi vis, Vbicunque, Vbi vbi*] *eandē penè vim habent. Cic. Nemo eſt, quin vbi vis, quā ibi, vbi eſt, eſſe malit. lib. 6. epiſt. 2. Id. Qui mihi videntur, vbiuis tutius, quam in Senatu fore. Att. lib.* 14. In qual ſi voglia altro luogo. *Id. Omnes ciues Romani, & qui adſunt, & qui vbicunq; ſunt, veſtram ſeueritatem, deſiderant. 7. Ver.* Douunque ſi trouano. *Id. Qui vbicunque terrarum ſunt; ibi eſt*

omne

*omne Rep.præſidium.2.Phil.Id.Nihil eſt vir tute amabilius quã qui adeptus erit, vbicun que erit gentium, à nobis diligetur. lib.1.de Nat. Deo.Id.Nunc vbi vbi ſit animus; certe quidẽ in te eſt.1.Tuſc.*Siaſi doue ſi voglia.

De Coniunctione V E L. Cap. C X C I.

Vel, vel, pro Tum tum.

1 VEl iteratum pro [Tum, tum] *vſitatiſſimum eſt. Cic. Res ruſticas vel fructus cauſa, vel oblectationis inuiſere.1.de Orat. Id. Multorum vel honori, vel periculo inſeruire. In Brut.*

Vel, vel, diſiunctiue.

2 *Interdum tamen diſiunctiue vſurpatur. Cic. Sunt iſta quidem, vel magna, vel potius maxima. Ad Q.Fr.lib.2.ep.6.*

Vel, ſæpius iteratum.

3 *Nonnunquam ſæpius iteratur. Ter. Hanc tu mihi, vel vi, vel clam, vel precario fac tradas. Eun.Cic. Cuius ego induſtriæ fauco, vel propter propinquã cognationẽ, vel quod, &c. Pro Ligar.*

Vel pro Velut, de re aliqua præcipua.

4 *Vel] ſæpe pro [Velut] vſurpatur in re aliqua præcipua. Teren.*

Nulla eſt tã facilis res, quæ non difficilis fiet,
Quã inuitus facias: vel hæc deambulatio,

Quam non laborioſa, ad languorem dedit. Che accade cercar altro in proua di ciò? queſta iſteſſa caminata, &c. *Id. Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi. Hecy. Cic. Vel quas proxime acceperam, quam prudentes? lib. 6. epiſt. 13. Id. Amoris quidem tui, quoquo me verti, veſtigia: vel proxime de Tigellio. lib. 7. epiſt. 24. init.* Se non foſſe altro, queſto iſteſſo fatto di Tigellio baſterebbe. *Ter. Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te eſſe ortum? And. Cic. Quam ſint moroſi, qui amant, vel ex hoc potes cognoſcere. lib. 7. epiſt. 15.* Da queſto, ſe non altro. *Id. Occupationum mearum, vel hoc ſignum erit, quod litteræ ſunt librarij manu. Att. lib. 14. ep. 16.* Queſto ſegno te ne ſia, ſe non altro.

Vel quod, in principio, indignantis.

5 *Vel quod] in principio, ſæpe indignationem continet. Cic. Vel quod eſt in eodem decreto ſcriptum, homines clariſſimos ciuitatis ampliſſimis honoribus vſos, hic Prætore circumuentos. Pro Flac.* Oh queſto ci mancaua, che &c. *Id. Vel quod ait Lucaius L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, vt &c. Ibid.* Vole tela più bella? che. *Id. Vel quod multo etiam minus eſt ferendum. Pro Planc.*

Vel, pro Saltem.

6 *Vel] non raro vſurpatur pro [Saltem.] Ter. Poſtremo ſi nullo alio pacto, vel fænore. Phor.* Almeno con vſura: ſe non altrimenti.

Vel,

Vel, pro Etiam.

7 *Alias pro*] *Etiam Cic. Nam iſto modo, vel Conſolatus vituperabilis eſt*. 3. *de Leg.* Ancora il Conſolato per mia fè. *Id. Per mel vel ſtertas licet, non modo quieſcas*. 1. *Acad.* Quant'à me tu puoi ancora, &c. *Id. Vel illo aſperrimo Iudice querente*. *Pro Roſc. Am. Id. Hæc ſunt ingenij vel mediocris, exercitationis autem vel maximè*. 2. *de Or.* Etiandio mediocre.

Vel, cum ſuperlatiuo.

8 *Sæpe autem Superlatiuo gaudet. Cic. Sophiſtes temporibus illis vel maximus*. 1. *de Nat. Deor.* Per mia fè maggior di tutti. *Id. Hoc in genere neruorum vel minimum, ſuauitatis autem, vel plurimum. In Orat. Id. Viderit ad huc poſt legem Tribunitianam, vnum Senatorem vel tenuiſſimum, damnatum*. 2. *Ver.* Vn ſolo, il più meſchino che vi foſſe.

Vel maxime, Vel optime.

9 *Cic. Cum id certe ſit, vel maxime Att. In Orat.* Più che altra coſa che ſia. *Id. Vel vno præſtamus vel maxime feris*. 1. *de Orat. Id. Cum Sophocles ſcripſerit vel optimi Electram. lib.* 1. *de Fin.* Meglio d'ogni altra coſa.

Admonitio.

10 *Vel*] *pro* [*Etiam*] *affirmando dumtaxat vſurpatur: nam negando,* [*Ne quidem*] *adhiberi ſolet, vna, aut altera voce interpoſita*

[*Ne tu quidem* [*Ne ille quidem*] *&* *alia eiuſdem modi.*

De Aduerbio VELVT. Cap. CXCII.

Velut, pro Sicut. ὥσπερ.

1 *Velut Aduerbium ſimilitudinis. Liu. Moram ſuam externam, velut quadam Deorum prouidentia illatam ait. lib.* 1. *Cic. Si contrahitur; eius conatum refutabo, velut hiſterna die. de Aruſp. reſp.* Come io feci hieri.

Velut, ſic: Vel ita.

2 *Aſſumit interdum* [*Sic*] *vel* [*Ita.*] *Cic. Velut in cantu, & fidibus, quæ harmonia dicitur, ſic ex corporis totius natura, & figura varior motus cieri.* 1. *Tuſc.* Si come nel canto, &c. *Colum. Velut Olympicarum equorum, ita aminearum vitium ſeminibus electis lib.* 3. *cap.* 9.

Admonitio.

3 *In comparatione, itemq; in ſimilitudine declaranda, Cicero libentius*] *Quaſi, aut* [*Tanquam*] *dicit, quam* [*Velut.*

Velut pro Exempli cauſa. ὡς.

4 *Velut*] *pro Exempli cauſa etiam Ciceronianum eſt. Cic. Ideo coniecta ſunt aliud alio tempore. Velut hoc, T. Annius, &c. Ad Q. Fr. lib.* 3. *epiſt.* 17. Come dir queſto. *Id. Non elogia*

elogia monumentorum hoc ſignificant, velut hoc ad Portam. 2. *de Fin. Id. Beſtia, quæ gignuntur è terra, velut crocodili.* 2. *de Nat. Deor.* Come dire i Cocodrilli.

De Aduerbio VIX. Μόλις. Cap. CXCIII.

1 V*Ix, imminuendi, ac pene negandi vim habet. Cic. In dicendo vix paucos proferre poſſumus.* 1. *de Orat. Id. Non probabilia quidem multa habemus, quæ ſequi facile, affirmare vix poſſumus.* 2. *Acad.*

Vix dum.

2 *Interdum aſſumit.*] *Dum Cic. Hac enim vix dum cœtu noſtro dimiſſo, comperi.* 1. *Cat.* Non eſſendo ancora à pena licentiata la brigata. *Id. Cuius vix dum triginta dies in Syria fuiſſes. lib.* 12. *epiſt.* 4. eſſendo ſtato à pena trenta giorni.

Vix, cum; Vix dum, cum.

3 *Vix, & Vix dum* [*ſæpe aſſumunt*] *Cum. Cic. Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ; cum iſte accuſauit Norbanum.* 2. *de Orat.* A pena era paſſato vn'anno, che. *Id. Vix dum epiſtolam tuam legeram; cum ad me Poſthuminius Curtius venit. Att. lib.* 9. *epiſt.* 2.

Vix, cum Nedum.

4 *Alias adijcitur* [*Ne dum*] *Nam* [*Vix continet negationem, quæ præcedere ſolet*] *Nedũ.*

Cic. Vix in ipſis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur: nedum in mari, & in via ſit facile abeſſe ab iniuria temporis. lib. 16. ep. 8. Liu. Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſani tulere. lib. 34.

Vix, cum Ne vix quidem, aut Nullo modo.

5 *Alias additur [Ne vix quidem] aut [Nullo modo] vel aliquid eiuſmodi. Cic. Mihi vero cum his ipſis vix his autem detractis, ne vix quidem*, Con queſti à pena, ſenza queſti à niun modo. *lib. 9. ep. 8. Id. Aut vix, nullo modo corrumpi. 2. de Nat. Deo. Id. Vix poſſum, aut plane nullo modo poſſum. Att. lib. 11. Id. Vt vix, aut omnino non poſſit abrogari. Att. lib.* Che à pena, ò più toſto in modo niuno.

Vix tandem. Vix, ſed tamen.

6 *Vix tandem] diuturnam expectationem declarat. Cic. Vix tandem legi litteras dignas Appio Claudio. lib. 5. ep. 9.* A pena vna volta pure. *Vix ſed tamen difficultatem rei ſuperatam ſignificat. Id. Gabinius ipſe vix ſed tamen, ſed collegit. In Piſ.* A pena: ma pure finalmente torno in ſe ſteſſo.

De Præpoſitione V L T R A. Cap. C X C I I I I.

1 V*Ltra] contrarium habet [Citra] & ſignificat Trans. Cic. Vltra Syllanam villam*

villam eſt, quam puto tibi notam eſſe. Attic. lib. 12. Di là dalla Villa di Silla. *Id. Sed adhibet modum quendam, quem vltra progredi non oporteat. Tuſcul.* 4. *Id. Quis Senatorem vnquam tanto damno coegit? aut quid eſt vltra pignus, aut mulctam?* 1. *Phil. Id. Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non poteſt. lib.* 2. *de Diuin.* Li cui termini non può paſſare. *Salluſt. Contendebant Antipodas vltra Æthiopiam cultu Perſarum, & iuſtos, & egregios agere. Iugur.* Oltre l'Ethiopia. Di là dall'Ethiopia.

Vltra quàm.

8 *Non raro aſſumit] Quam Cic. Vltra enim quo progrediar, quàm vt veriſimilia videam; non habeo.* 1. *Tuſc. Id. Qui ſequimur probabilia, nec vltra quam id, quod veriſimile occurrit, progredi poſſumus.* 2. *Tuſcul. Id. Longum exordium eſt, quod pluribus verbis, aut ſententijs, vltra quam ſatis eſt, producitur.* 1. *de Inu.* Più di quel che baſta, ſi tira in lungo.

Vltra, abſolute.

9 *Vltra] ſæpe abſolute ponitur. Cic. Si probabiliter dicentur; ne quid vltra requiratis. De Vniu.* Non cercate altro. *Id. Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſime ſententijs, verbis: vt nihil poſſit vltra cogitari. Att. lib.* 15. *ep.* 1. Che non ſi può imaginar più. *Alias diceret [Vt nihil ſupra.]*

Admonitio.

10 *Vltra dici eleganter ſolet, quod vulgo [Vlterius] dicunt.*

De Aduerbio VLTRO. Cap. CXCV.

1 *VLtro ex contrarijs varias ſignificationes accipit. Nam cum coactio opponitur, eſt Sponte: cum petenti, eſt Non petenti. Cic. Nec mihi quicquam in mentem venit optare, quod non vltro mihi Cæſar detulerit. lib.4.ep.13.* Da ſe, ſenza che io apriſſi bocca. *Cum opponitur Vocato, declarat Non vocatum. Cic. Cum ſciret nemo eum rogatum à Cic. Plato Equite Rom. ſplendido Nurſino, vltro ad mulierem venit. 2. de Fin.* Senza eſſer chiamato. *Item illa, Vltro polliceri, mittere, & alia eiuſmodi.*

Vltro, pro Inſuper.

2 *Vltro [interdum ſignificat] Inſuper. Ter. Vltro etiam irriſum aduenit. Eun.* D'auantaggio. *Virg. Viderit irrumpentem, vltroque incluſerit vrbi. Æn. lib. 9. Cicer. Eſt etiam in nobis animus Quirites, vt non modo nullius audaciæ cedamus, ſed etiam omnes improbos vltro ſemper laceſſamus. Catil. 3.*

Vltro, citroque, pro Vltra, citraque.

3 *Vltro, citroque [dicta ſunt pro] Vltra citraque. Cic. Poſtea homines curſare vltro, citroque*

troque non deſtiterunt. Pro Roſc. Am. Id. Monumentum ſceleris, audacięque ſuę voluit eſſe in conſpectu Italia, in veſtibulo Sicilia, in prateruectione omnium, qui vltro citroque nauigarent. 7. *Ver.* In sù, & in giù, innanzi, & indietro.

Vltro, citroque: pro Mutuo, & Inter ſe.

4 *Interdum* [*Vltro, Citroque*] *per tranſlationem vſurpatur pro* [*Mutuo, atque Inter ſe.*] *Cic. Beneficia vltro, citroque data, & accepta. lib.* 1. *Off.* Scambieuolmente. *Id. Multisq; verbis vltro, citroque habitis, illę nobis conſumptus eſt dies. lib.* 6. *de Rep.* Hauendo ragionato vn pezzo tra di noi. *Id. Sic naturis ijs, ex quibus omnia conſtant, ſurſum, deorſum, vltro, citroque commeantibus, mundi partium coniunctio continetur.* 1. *Acad.* Paſſando d'vna in vn'altra.

De Aduerbio VNDE, & VNDIQVE. Cap. CXCVI.

1 VNde] *Niſi proprie eſt aduerbium loci, interdum tamen, & ad perſonas, & ad alias res accommodatur: poniturque eleganter, pro* [*Ex quo.*] *Ex qua, vel* [*Ex quibus.*] *Cic. De ea re multo dicet ornatius, quam ille ipſe, vnde cognorit.* 1. *de Orat.* Che quello iſteſſo, da chi l'hà imparato. *Id. Eloquentia, vnde longe abſum. In Brut. Id. Adſunt*

Athenienſes, inde humanitas, ac doctrina, religio fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributa putãtur. Pro Flac. Gli Atheniesi, da' quali. *Id. Equidem vobis fontes, vnde hauriretis, atque itinera ipſa putaui eſſe demonſtranda. lib. 1. de Orat. Id. Verbum, vnde quiſque poſſit offendi. Pro Syl.* Parola per la quale ſi poteſſe offender perſona.

V N D I Q V E.

1 *Vndique*] *eſt Omni ex parte. De loco proprie dicitur. Virg. Maria vndique, & vndique cælum. Æn. 5. Cic. A Sicilia multis vndique cinctam periculis explicauit. pro leg. Man. Id. Omnes vndique floſculos carpam, atque delibem. Pro Seſt.* D'ogni intorno. Da ogni banda.

Sæpe autem per tranſlationem vſurpatur, Cic. Mundus perfectus vndique eſt, 2. de Nat. Deo. Ideſt [*Omni ex parte. Id. Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua. 2. Phil.* O togli del tutto la religione, ò ſaluala.

De Pronomine V N V S.
Cap. C X C V I I.

Vnus, & alter, pro Duo.

1 V*Nus, & alter*] *pro* [*Duo*] *vſurpatur. Cic. Dicit vnus, & alter breuiter. 4. Ver.* Dicano due breuemente. *Id. Vnus, & alter dies interceſſerat, cum, &c. Pro Cluent.*

Id.

*Id. Adductus ſum tuis vnis, & alteris litteris. Att.lib.*14.*ep.*18. Per due lettere tue.

Vnus, aut alter. pro Vnus, aut duo.

2 *Cic. Quid enim eſt tantum in vno, aut altero die? Att.lib.*7. In vno, ò due giorni. *ep.* 8. *Liu. Vno, aut altero arrepto, quieturos alios.lib.*2. Preſone vno, ò due.

Vnus alter, diſtributiue.

3 *Cic. Vni epiſtola reſpondi, venio ad alterã. lib.*2. *ep.* 17. Ho riſpoſto ad vna lettera, me ne vẽgo alla ſeconda. *Id. Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo: vnum familiare, & iocoſum, alterũ ſeuerum, & graue.lib.*2.*ep.*4.

Vnus. alter, tertius.

4 *Cum res plures duabus numerantur, dicimus [Vnus, Alter, Tertius.] Cic. Fuit ergo tam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex: Vna de vita, & moribus; altera de natura, & rebus occultis: tertia de diſſerendo.* 1. *Acad. Id. Vnum, alterum, tertium annum Saſſia quieſcebat. Pro Cluen.* Vn'anno, due, tre. *Id. Tria Græcorum genera, quorum vni ſunt Athenienſes, Æoles alteri, Dores tertij nominabantur. Pro Flac.*

Vnus, alter, plures.

5 *Interdum pro [Tertius] reponitur [Plures] aut aliquid eiuſmodi. Cic. Dies vnus, alter, plures: non referri.* 6.*Ver.* Paſſa vn giorno, due, & più: non ſi riportaua. *Id. Vnum, alterum menſem: prope annum.* 7. *Ver.* Vn meſe, due, quaſi vn'anno.

Vnus, atque idem.

6 *Iungitur Interdum cum[Idem.]Cic.Exitus quidem omnium vnus, & idem fuit, de Diu.* Tutti fecero vna medeſima riuſcita. *Id.*[*Vna,atque eadem nox erat,qua Prætor populi Ro. amoris turpiſſima flamma, & claſſis populi Ro. prædonum incendio conflagrabat.* 7.*Ver.* Era vna medeſima notte. *Id. Quod vnum ſemper atque idem eſt de Vniu. Id. In hac cauſa omnes vnum, atque idem ſentiunt, Catil.* Vna iſteſſa coſa. *Id. Quibus hoc præcipiendum videtur vnum ſcilicet, & idem, quod cæteris omnibus.* 2.*Catil.* Cioè vna iſteſſa coſa.

Vnus aliquis. Vnus vllus.
Vnus quiuis.

7. *Vnus aliquis, Vnus vllus, Vnus quiuis.*] *ferme extenuandi vim habent. Cic. Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quo vnus aliquis tuã ſententiam ſecutus ſit?* 10. *Phil.* Alcun particolare. *Id. Vtilitati hominum plus, quam vnius alicuius, aut ſuæ conſulit. lib.*2.*de Fin.* Di alcun particolare. *Id. Ratum ſit, q̃d finitor vni vlli, à quo miſſus erit, renunciauerit.* 2. *Agr. Ideſt vni cuiuis.* Ad vno, chiunque ſi ſia. *Id. Si tu ſolus; aut quiuis vnus cum ſcuto, &c. Pro Cæcin. ideſt, Quicunque modo ſolus eſſet.*

8 *Verum[Vnus aliquis]interdum pro [quiſpiam] vſurpatur. Cic. Confugeret ad vnum* ali-

aliquem virtute præſtantem.2.Off. A qualche perſona.

Vnus, pro Solus.

9 *Vnus] pro [Solus] rarum non eſt.Cic.Panætius vnus omnino comes fuit. Att. lib.1.* Panetio ſolo ſolo. *Id.Panætius,qui vnus è Stoicis Aſtrologorum prædicta reiecit. 1. de Diu.* Solo fra gli Stoici. *Id.In ſuis ſummis laudibus excipiunt vnam iracundiam. Ad Q.Fr.lib.1. epiſt 1.*

Ad vnum.

10 *Ad vnum] eſt [Nullo excepto.] Cic. De amicitia verò omnes ad vnũ idem ſentiunt. De Amic. Liu. Romanus eos in Algido conſecutus omnes ad vnum occidit.* Tutti ſino ad vno. *Cic. Ego eam ſententiam dixi, cui aſſenſi ſunt ad vnum. lib.10. epiſt.* Senza mancarci pur vno.

Vnus ex omnibus, vel inter omnes.

11 *Vnus ex omnibus] vel [Inter omnes] magnam vim habet augendi:quia vnus confertur cum omnibus.Cic.Ille autem vnus timendus ex omnibus. 2. Cat.* Solo tra tutti. *Id.Vnus ex omnibus amicis efficiam,vt maximè latere.li.3.ep.Id.Cum te vnũ ex omnibus ad dicendum maxime natum, aptumque cognoſſem. 1. de Orat. Id. Si quæramus quid vnũ excellat ex omnibus docto Oratori palma danda eſt. de Or. Id. Inter omnes in omni dicendi genere vnus eminet Demoſthenes.In Orat.Huc pertinet illud* Virgilianum.

Hanc

Hanc Iuno terris fertur magis omnibus vnam. Poſthabita colu'ſſe Samo.

Vnus cum ſuperlatiuo.

12 *Vnus*] *cum ſuperlatiuo mirifice auget. Intelligitur enim (omnium.) Cic. Quanquam qui cum loquor? cum vno fortiſſimo viro, qui &c. lib. 15. epiſt. 16.* Co'l più valoroſo huomo, che ſia. *Id. Vna excellentiſſima virtus iuſtitia tollatur. lib. 1. de Nat. Deo.* La più eccellente virtù, di quante ſono. *Virg. Iuſtiſſimus vnus. Qui fuit in Teucris. 2. Æn.*

Vnus omnium; Vnus totius.

13 *Interdum additur*] *Omnium* [*aut*] *Totius. Cic. Vnum omnium loquaciſſimum, & minime aptum ad dicendum. Att. lib.* 8. Il maggior ciarlone del mondo. *Id. Virum vnum totius Græciæ iuſtiſſimum Platonem. Pro Rab. Perd.* La miglior perſona di tutta la Grecia.

De Aduerbijs VSPIAM, & VSQVAM. Cap. CXCVIII.

1 V*ſpiam*] *eſt Alicubi, ſeu Aliquo in loco. Cic. Si aliquis nos Deus in ſolitudine vſpiam collocaret. de Amic.* In alcun boſco. *Id. Si ſcires aſpidem occulte latere vſpiam. 2. de Fin.*

In qualche luogo.

2 *Vſquam*] *eſt vllo in loco. Cic. Quam crucem*

cem non auſus eſt vſquam defigere,niſi apud eos &c.6.Verr.Id.Is,cui nullus eſſet vſquam conſiſtendi locus.Pro Flac. In luogo alcuno. *Id. Prudentia, quæ neque extra Romam vſquam, neque Romæ quicquam valet. Pro Mur.* Nè in luogo alcuno fuor di Roma.

Interdum adhibetur] Gentium.Teren.An quiſquam vſquam gentium eſt æque miſer? Hecy. Euui in tutto'l mondo.

Vſquam,pro Alio.

3 *Nonnunquam [Vſquam] eſt[Vllum in locum.] Cic. Nec vero vſquam diſcedebam.1. de Rep.* Non mi partiuo per alcun luogo. *Plaut.Si ea quidem deducta eſt vſquam gentium. Milit.* In paeſe veruno.

De Aduerbio V S Q V E. Cap. CXCIX.

Vſque a, vel ab, aut ex.

1 V*Sque a, vel Ab] cum amplificatione quadam ſignificat locum,vnde.Cic. Illam vſque à mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu. Pro Cluent.* Fin dal mare Adriatico.*Id.Vſq; à Thalete enumeraſti ſentẽtias Philoſophorum.1.de Nat.Deo. Id. Vetus opinio eſt vſque ab heroicis ducta temporibus.1.de Diu.* Infino da. *Id.qui vſque ex vltima Syria, atque Ægypto nauigarent.3.Ver.Id.Quod eos vſque iſtinc exaudi-*

tos putem. Att. lib. 1. *ep.* 3. Infin di coſtà.

Vſque ad.

2 *Vſque ad*] *interdum pari amplificatione declarat locum Ad quem. Cic. Vſq; ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate, de Sen. Id. Vſque ad extremum ſpiritũ.* 1. *Catil.* Infin all'vltimo fiato. *Id. Vſque ad hoc tempus Syracuſis feſtos dies anniuerſarios agunt.* 6. *Ver.* Infin'ad hora, fanno la feſta ogn'anno.

3 *Huc pertinet illud. Cic. Trans Alpes. vſque trãsfertur. Pro Quin.* Infin di là dall'Alpi.

Vſque, pro Aſſidue.

4 *Sæpe* [*vſque*] *aſſiduitatem, & perſeuerantiam quandam declarat. Terent. Ita vſque aduerſa tempeſtate vſi ſumus. Hecy.* Sempre mai. *Cic. Mihi quidem vſque cura erit, quid agas. lib.* 12. *ep.* 19. *Plaut. vſque adero domi. Caſſin. Virg.*

Cantantes licet vſque (minus via lædet) eamus. Ecl. 4. Mai ſempre.

Vſque, dum, quoad, donec.

5 *Sæpe* [*vſque*] *aſſumit* [*Dum, Quoad, Donec.*] *Cic. Mihi quidem vſque cura erit, quid agas; dum quid egeris, ſciero. lib.* 12. *epiſt.* 19. Ne ſtarò continuamente con pena, fino à tanto, che. *Id. Fateatur ſe priuatum hominem viuos prædonum duces, atque incolumes domi ſua, vſque dũ per me licuerit, tenuiſſe.* 3. *Ver. Id. Vſque eum, quoad nunciatũ eſſet Cõſules deſcendiſſe, omnibus excluſis commẽtatum fuiſſe. In Brut. Teren. Certum eſt obſidere*

re

re vſque, donec redierit. Adel. Fin che.

Vſque eo, dum, Vſque eo, quoad.

6 *Vſque eo] iungitur cum [Dum] vel [Quoad.] Cic. Multa facimus vſque eo, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui iudicij. 2. Acad.* Fino à tanto, che. *Id. vſque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent. 2. de Nat. Deor. Id. Vſque eo ſe tenuit, quoad à Cn. Pompeio ad eum legati, litteraque venerunt. Pro Deiot. Id. Liciti ſunt vſque eo, quo ad ſe efficere poſſe arbitrarentur. 3. Ver.* Offeriſcono all'incanto, fin'al termine, che vi poteuano ſtare. *Id. Cum vſque eo vicinas proſcriberet, quoad. 2. Agr.*

Vſque eo, vt Vſque eo, ne.

7 *Vſque eo, vt] pro [Adeo vt] eleganter vſurpatur. Interdum etiam [Vſque adeo ne.] Cic. Quod vbi iſte audiuit; vſque eo eſt commotus, vt &c. 6. Ver.* Tanto forte ſi commoſſe. *Id. Vſque eo moroſi ſumus; vt nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. In Orat. Id. Inferiorem ſe eſſe patitur duntaxat vſque eo, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sex. Nauij crudelitati dedatur. Pro Quinct.* Fino a queſto termine però, che non ſia dato in preda, &c.

Vſque eo abſolute, pro Adeo.

8 *Cic. Vſque eo animaduerti Iud. eū iocari, antequā Chryſogonū nominaui. Pro Roſ. Am. Id. Vſque eo ne te diligis, & magnificet circūſpicis? Pro Roſc. Com.* Tanto ti pauoneggi.

Vſque

Vſque adeo in Epiphonemate.

9 *Interdum adhibetur in Epiphonemate. Cic. Dionyſius quidem Tyrannus, Syracuſis expulſus. Corinthi pueros docebat: vſque eo imperio carere non potuit. Tuſcul. 3.* In tanto non poteua ſtare ſenza commandare.

Vſque adeo vt, vel vti.

10 *Vſque adeo vt] idem quod [Vſque eo, vt] ſed grandius. Cic. Vſque adeo orbauit optimatum illa concio; vt princeps principum eſſet Meandrius. Pro Flac.* Talmente fù priua. *Id ipſos quoque tempeſtas vehementius iactare cœpit; vſque adeo, vti nauis dominus confugeret in ſcaphã. 2. de Inu.* Tanto forte.

Vſque adeo; cum Quoad, vel Donec.

11 *Vſque adeo, quoad] idem quod] Vſque eo, quoad.] Cic. Atque hæc ſcitis omnes, vſque adeo hominem in periculo fuiſſe, quoad ſcitum eſt Seſtium viuere. Pro Seſt.* Per fino à tanto che ſi ſeppe.

Interdum pro [Quoad] adhibetur [Donec] Terent. Suadere, orare vſque eo, donec pertulit. And.

Vſque adeo, abſolute.

12 *Interdum abſolute ponitur. Virgil. Vſque adeo turbatur agris. Ecl. 1. Id. Vſque adeo ne mori miſerum eſt? Æn. lib.*

Vſquequaque.

13 *Vſquequaque [eſt idem, fere quod] Vbiq; [aut] Vndique [& omni ex parte.] Cicer. Nolite*

Nolite vſquequaque eadem quærere. In metu belli furandi locus qui poteſt eſſe? 7. Ver. Per tutto indifferentemente. *Id. Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua. 2. Phil.* In ogni parte. *Id. An hos vſquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota iudicabitis? lib. 5. de Fin.* In tutto, & per tutto. *Id. Vſquequaq; ſapere oportet, id erit telum acerrimum, lib. 7. ep.* Per tutto. In ogni affare.

De Coniunctione V T. Cap. CC.

Vt, cum Vereor.

1 V*Ereor vt*] *eſt* [*Velim, ſed timeo.*] *Terent. Vereor, vt hic dies mihi ſatis ſit. Eun.* Temo, che non mi baſti. *Cic. Hoc quia vos fœdus non iuſſeritis, veretur Hiempſal, vt ſatis firmum ſit, & ratum. 2. Agr.* Hà paura, che non ſia.

Admonitio.

2 *Interdum aſſumit* [*Non*] *Idem tamen ſignificat. Id. Vereor, vt hoc perinde intelligi auditum non poſſit, atque ipſe cogitans ſentio. Pro Mar. Id. Et tamen veremur, vt hoc natura non patiatur. Tuſc. Sed videndum ne mendum ſub ſit his locis. Certe longe vſitatius eſt* [*Vereor vt*] *Vereor ne non, Itaque à* [*Vereor, vt non*] *abſtinendum videtur, præſertim cum res non immerito ſuſpecta ſit.*

Vt

Vt ita, Vt ſic, Vt item.

3 *Vt*] *pro* [*Quemadmodum*] *plerumque aſciſcit* [*Ita*] *vel* [*Sic.*] *Cic.Vt optaſti,ita eſt. li.2.ep.16.Id. Vt maxima de re,æquo animo deliberanti,ita des conſiliũ velim. Att.li.8. ep.3.* Come à quello,che. *Id.Vt male poſſumus initia,ſic cætera ſequẽtur. Att.li. 10. ep.16. Id.Vt non omne vinum,ſic non omnis natura coaceſcit.de Senect.Id. Vt vir doctiſſimus fecit Plato; item mihi credo eſſe faciundum.2.de Leg.*

Vt, poſtpoſitum.

3 *Vt*] *ſæpe elegantiæ cauſa ex primo loco recipit ſe in ſecundum, præſertim ſi cum* [*Vix, Nullus, Nemo, Tantum*] *copuletur,* [*Vix vt,*] *Nullus vt, Nemo vt, Tantum vt, Exempla paſſim occurrunt.*

Vt, cum Neve, vel Neu.

4 *Vt*] *interdum copulatur cum* [*Neve, vel Neu.*] *Cic.In qua extrema ſcriptura erat, vt ad ludos omnia pararet,neve committeret, vt fruſtra ipſe properaſſet. Att.lib.13. ep.44. Cæſ.Pompeius ſuis prædixerat, vt Cæſaris impetum exciperent, neve ſe loco mouerent li.3. de bel. ciu. Id. Has munitiones auxit, vt pro muro obiectas haberet, neu pugnare inuitus cogeretur. Ibid.*

Vt, pro quomodo.

5 *Vt*] *ſæpe vſurpatur, pro* [*Quomodo, vel*] [*Sicut.*] *Ter. Præſertim vt nunc ſunt mores. Phorm.* A quel che s'vſa al preſente. *Cic.*

Vt

Vt principia ſe dant. Att.lib.7.ep.4. A quel che moſtrano i principij.

Vt nunc, Vt nunc habet, Vt nunc ſit.

6 *Hunc pertinent illa*] *Vt nunc eſt* [*Vt nunc habet*] *Vt nunc ſit. Cic. Mihi quidem deliberatum eſt, vt nunc eſt, abeſſe ex ea vrbe. Att. lib.15.* A quel, che paſſa al preſente. *Id. Quæ ſi manebunt; quærenda eſt excuſatio ad Brutum: & vt nunc eſt, menſura videntur. Att. lib.12. Id. Hanc vides villam, vt nunc quidem eſt, lautius ædificatam. li.1.de Leg. Id. Ille, vt nunc ſe habet, in admirabili gloria eſt. Att. lib.* Per lo ſtato, in che hora ſi troua. *Id. Sed mehercule quidem, vt ſe nũc cauſa habet, & ſi heſterno ſermone labefactata eſt, tamẽ videtur eſſe certiſſima. 2. Acad. Id. Non vt olim ſolebat, ſed vt nunc ſit, minimum introduxiſti. lib.9. ep.16.* A quel che s'vſa al preſente.

Vt, pro Si ſpectes.

7 *Vt*] *ſæpe in comparatione vſurpatur pro* [*Si ſpectes*] *Cic. Themiſtocles, vt apud nos, per antiquus, vt apud Athenienſes, non ita ſane vetus in Brut.* Secondo i tempi noſtri. A paragone. In comparatione. *Id. Vt populi Rom. ætas eſt ſenes: vt Athenienſium ſecula numerantur, adoleſcentes debent videri. Ibid. Id. Multa etiam (vt in homine Romano) litteræ. de Senect.* Per vno Romano. *Id. Erat cum litteris Latinis, cum Græcis, vt*

temporibus illis, eruditus. In Brut. Atteſo quei tempi.

Vt in malis.

8 *Vt in malis*] *indidem eſt, pro* [*Si ſpectea mala.*] *Cic. Nonnihil, vt in tantis malis, eſt profectum. lib.* 12. *epiſt.* 2. Atteſo i guai, s'è fatto qualche coſa. *Id. Exorabilis iracundia, vt in malis, acerbitati anteponenda eſt. Ad Quinct. Frat. lib.* 1. *epiſt.* 1.

Vt, pro Vtpote qui.

9 *Vt*] *eleganter vſurpatur pro* [*Vtpote qui*] *Cic. Dices enim, vt es homo facetus. In Piſ.* Come quel che ſei. *Id. Ille (vt fuit ſemper apertiſſimus) non purgauit, ſed indicauit. Pro Mur. Id. Homo, vt erat furioſus, reſpondet. Pro Roſc. Am.* Come pazzo che l'era. *Id. Illi quidem (vt eſt hominum genus nimis acutum, & ſuſpicioſum) arbitrabantur, &c.* 1. *Ver.* Per eſſer vna ſorte di perſone.

Vt, mirantis.

10 *Vt*] *pro* [*Quomodo*] *ſæpe admirationi ſeruit. Cic. Vt contempſit, ac pro nihilo putauit? Pro Mil. Id. Vt illi efferuntur lætitia, cum vicerint? vt pudet victos? vt ſe accuſari nolunt?* 5. *de Fin. Id. Cn. autem noſter (ò rem miſeram, & incredibilem) vt totus iacet? Att. lib.* 7. *Plaut. Vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent? Capt. Id. Vt ego te nunc conſpicio lubens? vt præ lætitia lacrymæ proſiliũt mi? Stich.* Oh come. *Virg. Vt vidit? vt perij? vt me malus abſtulit error? Ecl.* 3.

Vt,

Vt, Interrogantis, pro Quomodo.

11 *Interdum Interrogantis, pro* [*Quomodo.*] *Horat.*

Vt valet? vt meminit noſtri?

Vt, Concedentis.

12 *Sæpe etiam inſeruit conceſſioni. Cic. Vt illud non cogitares; tamen ad eiuſdém ordinis homines te iudices eſſe venturum.* 5. *Ver.* Poſto che. *Id. Etenim vt circumſpiciamus omnia, quæ populo Rom. grata, atque iucunda ſunt.* 2. *Agr. Id. Vt enim rationem Plato nullam afferret (vide, quid homini tribuam) ipſa authoritate me frangeret.* 1. *Tuſc.*

Vt, cum Tamen, vel Certe.

13 *Vt* [*in conceſſione, aſſumere ſolet*] *Tamen* [*vel Certe. Cic. Verum vt ita ſit, tamen &c.* 5. *Ver. Id. Verum vt hoc non ſit, tamen ſeruet rempub. Att. lib.* 2. *ep.* 15. Però, ancor che queſto nõ ſtia coſi: nondimeno. *Id. Quod ſi pacis hoc eſt timoris noſtri nomen audierit; vt non referat pedem inſiſtet certe.* 12. *Phil.* Poſto che non ſi ritiri, almeno ſi fermerà. *Id. Vt ſuperiora omittam; hoc certe, quod mihi maximam admirationem mouet, non tacebo.* 10. *Phil.*

Non vt, ſed; Sed vt, Sed quaſi.

14 *Non vt* [*aſſumit interdum*] *Sed* [*vel Sed vt*] *alias* [*ſed quaſi.*] *Cic. Non vt te inſtituerem, ſcripſi: ſed me in ſcribendo commemoratio tua virtutis delectauit. Ad Q. Fr. lib.* 1. *ep.* 1. Non per ammaeſtrarti, ma. *Id. Orationes*

nes conuerti,nō vt interpres,ſed vt orato^r. de opt.gen.Or.Id. Non vt quidam dicendi magiſter, & artifex, ſed quaſi vnus à togatorū numero videar.lib.1.de Orat.

Vt ne, pro Ne.

15 *Vt] paſſim cauſæ vim habet,& finem ſignificat: cui opponitur [Ne] verū ſæpe [vt ne] vſurpatur pro [Ne] Cic. Nūquid igitur aliud in iudiciū venit, niſi vter vtri inſidias fecerit? profectò nihil, ſi hic illi, vt ne ſit impune. Pro Mil.* Che non la paſſi ſenza caſtigo. *Id. Opera datur, vt iudicia ne fiant. Pro Mil. Id. Vt lex Ælia, & Fuſia ne valerent. Poſt red.in Sen. Id. Vt ne longius ab eam. Pro Cæcin.* Per non andar molto lontano.

Vt non, pro Quin.

16 *Interdum [Vt nō] adhibetur pro [Quin.] Cic. Poteſt igitur Iudices L. Cornelius condemnari, vt non C. Marij factum condemnetur? Pro Balb.* Che inſieme non ſi condanni. *Id. Ruere illa non poſſunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. Pro leg. Man.*

Vt, vt ne.

17 *Vt] interdum copulatur cum [Vt ne.] Cic. Vt ijs, quæ habeant, modicè, & ſcienter vtantur, & vt ne dedeceat. 1.de Orat.* Et in modo, che non diſdica.

Non, vt, ſed vt ne.

18 *Cic. Petiui ſæpe per litteras, non vt decernatur aliquid noui, ſed vt ne quid noui decernatur.*

natur.lib.2.ep. 7. Non che,&c. ma che non ſi determini.

Non vt ne, ſed vt ne.

19 *Cic. Poſtulant enim non vt ne cogantur ſtatuere. quid igitur? vt ipſis non liceat. 4. Ver.* Non che non conſtretti,&c. ma che non ſia loro lecito.

Vt vt, pro Vtcunque.

20 *Vt vt*] *idem eſt quod* [*Vtcunque.*] *Cic. ſed vt vt eſt, indulge valetudini. lib. 6. epiſt.* Ma comunque ſi ſia.

Vt vt, cum Tamen, vel Certe.

21 *Interdum aſſumit* [*Tamen*] *vel* [*Certe.*] *Ter. Vt vt hæc ſunt, tamen hoc faciam. Phor.* Comunque ſtiano queſte coſe. *Id. Nam, vt vt erant alia, illi certe conſuleres, quæ nunc tua eſt domi. Ibid.*

Vt, pro poſtquam *&c.*

22 *Vt*] *ſæpe vſurpatur pro* [*Poſtquam.*] *Cic. Romam vt ex Sicilia redij. 3. Ver. Id. Vt ab vrbe diſceſſi, nullum pretermiſi diem, quin aliquid ad te litterarum darem. Att. lib. 7.* Com'io mi partì. Da poi ch'io. *Id. Vt ſemel Pira eo exiuit, omnes peragrauit inſulas in Bru.* Poiche vna volta. *Id. Vt enim illas edidiſti, nihil à te ſane poſtea accepimus. Ibi.* Dall'hora in quà.

Vt, cum Statim, vel Confeſtim.

23 *Interdum aßumit* [*Statim Confeſtim*] *aut aliquid eiuſmodi. Cic. Philippus vt heri me ſalutauit, ſtatim Romam profectus eſt.*

Att. lib. 12. *ep.* 18. Subito che mi hebbe ſalutato, ſe n'andò à Roma. *Id. Vt quidq; ego, apprehenderam; ſtatim accuſator extorquebat è manibus.* Pro Cluen. *Liu. Vt Hoſtilius cecidit; confeſtim Romana inclinauit acies. lib.* 1. *Cic. Qui vt ſe blanditijs, & aſſentationibus in Aſinij conſuetudinem penitus immerſit; Oppianicus continuo ſperare capit. Pro Cluen.*

Vt primum, cum ſtatim.

ἐπειδὰν τάχιστα.

24 *Vt primum] ſignificantius eſt, quam vt. declarat enim [Simul ac] Iungitur autem cum [Statim.] Cic. Illud dico, me vt primum in concione prouinciam depoſuerim, ſtatim quemadmodum tibi traderem, cogitare cepiſſe. lib.* 5. *ep.* 2. *Id. Vt primum Oppianicus ex eo, &c. cepit ſibi ſuſpicari; ſtatim ſe ad hominis egentis familiaritatem applicauit. Pro Cluen.* Subito che. Toſto che.

Vt maxime.

25 *Vt maxime] fere eſt Et ſi maxime] Cic. Quam vt maxime inueneris.* 1. *Acad.*

Interdum eſt [Ad ſummum.] Colum. Diuerſa autem que ſupra terram extare debent, ne paſſus fueris plus, quam duas, aut vt maxime tres gemmas habere, de arbor. cap. 7. O al più tre.

Vt cum maxime.

26 *Vt cum maxime] confert tempora inter ſe. Cic. Domus celebratur vt cum maxime. Ad Quint. Frat. lib.* 2. *epiſt.* Più che mai.

Vt

Vt quiſque.

27 *Vt quiſque*] *occaſionem rei quodammodo declarat interdum. Cic. Mihi quidem non eſt tum, vt quiſque in Epirum proficiſcatur. Att.lib.*1. Come,& quando alcuno parta per Epiro. *Id. Immo vero vt quiſque me viderat, narrabat.* 2. *Ver. Id. Miſi Tironem, & cum Tirone plures, quibus ſingulis, vt quidque accidiſſet, dares literas. Att. lib.* 15. In ciaſcuna occorrenza.

Vt quiſque, cum duobus ſuperlatiuis, Lege, Quiſque, cap. 158. num. 6.

Vti, pro Vt, cum Ita, vel Sic.

28 *Vti*] *pro* [*Vt*] *ſæpe iungitur cum* [*Ita*] *vel* [*Sic.*] *Salluſt. Quorum vti cuiuſque ingenium erat, ita rem difficilem, aut facilem renuntiarunt. Iugur.* Ciaſcuno de' quali, ſecondo la ſua natura, riferì la coſa difficile, ò facile. *Id. Cætera, vti facto opus ſit, ita agant. Coniur. Cic. Sed vti in vrbe retinenda nunc, ſic tunc in Italia non relinquenda. Att. lib.* 18. *epiſt.* 2. *Salluſt. Vti initium, ſic finis eſt. Iugur.*

Vtcunque.

29 *Vtcunque*] *eſt* [*Quomodocunque.*] *Cic. Sed vtcunque aderunt res lib.* 1. *Off.* Comunque. *Id. Vtcunque ſe affectum videri, & animum audientis moueri volet; ita certum vocis admouebit ſonum. In Or.* In qualunque modo.

De Pronominibus V T E R, & V T E R-QVE. Cap. C C I.

1 VTer] *de duobus disiunctim dicitur. Cic. Quamobrem vter tandem noſtrum Labiene popularis eſt? tu ne, an ego? Pro Seſt.* Qual di noi due. *Id. Vter fortius pugnabit, is vincat neceſſe eſt. Part.* chi de' due. *Id. Si vter velit, ſe recuperatorem daturum. 5. Ver.* Se vno de' due. *Id. Reperiam, qui dicat, aut ſcribat, vtra volet lingua. In Orat.* In qual ſi voglia delle due lingue. Nell'vna, ò nell'altra lingua.

Vter, iteratum.

